Harvard College.
1868.

T. MACCI PLAVTI

TRVCVLENTVS

CVM APPARATV CRITICO GVILELMI STVDEMVND ET EPISTVLA

EIVSDEM DE CODICIS AMBROSIANI RELIQVIIS

EDIDIT ILLVSTRAVIT

ANDREAS SPENGEL.

VANDENHOECK ET RUPRECHT SVMTVS FECERVNT

GOETTINGAE MDCCCLXVIII.

und.

Praefatio.

Truculentum cum ederem, non me fugit *insanum magnum* me molitum esse negotium. Adeo enim haec fabula omni mendorum genere squalet atque horret, ut Camerarius, princeps ille sospitator Plauti, lucubrationes suas in lucem mittere dubitauerit eademque Acidalio, homini diuino ingenio praedito, neque Apollinis neque Aesculapii cura persanabilis uisa sit. Quae cum ita sint, libere profiteor mihi non contigisse ex indomita domitam facere beluam, sed postquam iam Geppertus mitiorem illam et tractabiliorem e manibus emisit, unitis hominum doctorum uiribus aliquando eam perdomitum iri spes est.

Codicis Ambrosiani (*A*) reliquiis diligentissime pertractandis *Guilelmus Studemund* aliquot locis praeclaram lucem addidit. Idem 'ueterem codicem' Camerarii Vaticanum (*B*) et alterum Vaticanum (*D*) denuo excussit. 'Codicis alterius' Camerarii siue Parei 'Decurtati' Palatini (*C*) eo exemplo usus sum quod C. E. Ch. Schneider edidit

Praefatio.

Truculentum cum ederem, non me fugit *insanum magnum* me molitum esse negotium. Adeo enim haec fabula omni mendorum genere squalet atque horret, ut Camerarius, princeps ille explanator Plauti, lucubrationes suas in lucem mittere dubitauerit eademque Acidalio, homini diuino ingenio praedito, neque Apollinis neque Aesculapii cura persanabilis uisa sit. Quae cum ita sint, libere profiteor mihi non contigisse ex indomita domitam facere beluam. sed postquam iam Geppertus maiorem illam et tractabiliorem e manibus emisit, multis hominum doctorum laboribus aliquando eam perlimatam iri spes est.

Codicis Ambrosiani *A* reliquiis diligentissime pertractandis *Guilelmus Studemund* aliquot locis grauissimarum lucem addidit. Idem 'ueterem codicem' Camerarii Vaticanum (*B*) et alterum Vaticanum (*D*) denuo excussit. Codicis 'alterius' Camerarii siue Parisini 'Decurtati' Palatini eo exemplo [illegible] C. E. [illegible] Schneider [illegible]

Vratislauiae 1834. Eodem teste nituntur quas hic illic ex editione principe (Z) lectiones attuli.

Ambrosiani libri uersuum descriptionem, nisi contrarium testatus sum, cum meo exemplo conuenire eundemque personarum notas ab initio uersuum omittere, intra uersum spatiolo relicto signare semel moneo *).

Diniarchi nomen compluribus locis recte traditum, quod olim *Dinarchi* legebatur, primus restituit Ritschelius (Ind. lect. Bonn. a. 1856. p. 4), *Stratullacis* nomen, quod *Stratilacis* uulgabatur, Bergkio debetur (Diurn. ant. 1848. p. 1126) coll. Cic. ad Att. XVI, 15. *Cyami* nomine ego serui personam inscripsi, quae nunc *Getae* legitur. Quod ut facerem his causis ductus sum. Primum haec dicit Diniarchus librorum fide comprobata (IV, 1, 4):

Ita ad me magna nuntiauit *chyamus* hodie gaudia
Mea dona deamata acceptaque habita esse apud Phronesium

(nisi quod *chiamus D*). Qui autem a Diniarcho missus dona ad Phronesium detulit (II, 7) eaque bene accepta esse Diniarcho nuntiat, seruus ille est cui nunc Getae nomen inditur. Cum eodem seruo Phronesium loquitur cum dicat (II, 7, 28):

Grata acaque ecastor habeo iube auferri intro i *chiame*

ubi etsi non omnia sana sunt tamen *Cyami* nomen dilucide

*) Ea autem uersuum distributio quae in *C* et *D* libris seruatur et uocabula male coniuncta uel disiuncta taedium attulerunt, postquam per aliquot scaenas operam dedi, quibus ista nihili esse intelligeretur.

apparet. Semel in uerborum contextu *Getae* nomen in libris exstat (II, 7, 23):

> Iúbeo uos saluére. Phr. Noster *geta*, quid agis,
> út uales?

At ipsis numeris docemur Getae nomen perperam legi quod postquam serui persona Getae nomine inscribi coepta est ab homine numerorum ignaro in hunc locum inuectum esse uidetur, cuius rei simile exemplum in Sticho habes. Aut pulsum est pristinum nomen *Noster Cyame* aut quod etiam magis placet corruptela subest *Noster esto.* Neque uero praetermittendum, in hac fabula omnia personarum nomina ex suis cuique moribus indita esse, Getae nomine serui mores minime notari. Contra aptissime uocatur *Cyami* nomine culinario, qui se *in culina cluere* ipse profitetur (II, 7, 53) et postquam cum milite pugnare coactus est *cultrum culinarium* pro gladio stringit (II, 7, 66) hostem *uelut agnum distruncaturus* (II, 7, 52) et a milite petit, ut ex culina *ueru se petere sinat* (II, 7, 67) et magis magisque recedens misereque a milite mulcatus aufugit *uentre dum saluo licet* (II, 7, 69).

Actuum descriptionem uulgatam etsi peruersam, ne scaenarum uel uersuum numeros euoluenti omnia miscerentur, retinui. Primus actus usque ad II, 5 pertinet, secundus recte II, 8 clauditur, tertii actus qui integer non est sunt scaenae III, 1 et III, 2, quartus totus intercidit (nisi quod III, 1 et III, 2 etiam quarti actus esse et tertius totus intercidisse potest), quintus omnes scaenas inde a IV, 1 usque ad finem fabulae complectitur *).

---

*) Aliud de hac re Bothio placuit, aliud Schmitzio (de act. in Plaut. fab. des. p. 26).

In Ambrosiano autem libro quae fabulae partes legantur et quem ad modum legantur, epistola docemur, quam ab amicissimo Studemund ad me datam infra adscripsi.

Scribebam Monachii Kal. Dec. a. 1867.

Guilelmus Studemund Andreae Spengel S.

„Novam Truculenti Plautinae editionem paranti Tibi postquam librorum scriptorum quos contuli omnium lectiones Tecum, Vir Amice, communicaui, superest ut paulo fusius de codicis palimpsesti Ambrosiani reliquiis disseram. Apographum enim huius libri, quo in conficiendo et typis tradendo nunc iam per triennium oculos et mentem defatigo, propter infirmam corporis mei ualetudinem lentius progreditur, et si non nonum premi in annum tamen sub lustri demum finem a criticae artis censoribus censeri uelle mihi uidetur. Neque uero ego, ut olim poeta comicus et nuper Tu fecistis, ad exemplar Siculi properare Epicharmi didici. Itaque ne Truculentus Plautina iaceret, dum ea quam ipse paro editio ad hanc fabulam usque perueniret, librorum Ambrosiani (*A*) Palatini (*B*) Vrsiniani (*D*) lectiones Tibi Monachium eo libentius transmisi, quia feliciori Marte quam Te neminem ea quae sanari possunt sanaturum esse sciebam; simul amicitiae nostrae uoci obtemperare uolui: ut enim Ciceronis uerba mea faciam, magnum etiam uinculum, quod eisdem studiis semper usi sumus. Addidi autem coniecturas meas omnes, quas, dum Truculenti libros in tenebricosis bibliothecis perlustro, adnotaueram; ex quibus quod Tu eas tantum in editione Tua commemorasti, quibus librorum sordes recte eluisse Tibi uidebar, id pergratum mihi fecisti; neque enim fucatas et simulatas lusiunculas, quae me imprudente et inuito exciderunt, a sinceris et ueris emendationibus secernere et internoscere per temporis angustias mihi ipsi licuit: paucae mehercle sunt copiae, ex pauperis enim tugurio prodierunt; atque hanc meam opellam ad uniuersae criticae Plautinae complexum quasi puncti instar obtinere haud nescio. Attamen etsi de prolixa et laxa priorum

criticorum ratione limauit aliquid posteriorum editorum diligentia, tam misera adhuc est Truculenti Plautinae condicio, ut nimium sibi sumat, qui se ipsum omnia recte correxisse dicat, multaeque difficultates eis relinquendae sint ad dispiciendum, quibus uelut Tibi maiorem copiam facultatemque diuinandi natura largita est. Accedit quod de locis corruptis et dubiis, ubi Ambrosiani libri memoria nos deserit, eo procliuius est iudicium, quia in tanta omnium corruptelarum farragine, quibus reliquos codices scatere constat, facile species libertatis deducere potest ad temeritatem, semperque cauendum est ne in locis cura peioribus et cicatricosis integra membra secemus. Accedit porro quod cum comicus sermo ad popularem aptatus delectationem uerba in usu cotidiano posita minus respueret et iocos inserere soleret, tanta in Plauto se fudit ubertas dicendi et uarietas, ut multae saepe pateant uiae emendandi, neque semper politius limata esse a Plauto uideatur oratio. Neque hoc ita dico ut ars Plautina orationem limare non potuerit, sed minus uidetur esse ieiunus quam qui se ipse consulto ad minutarum rerum legem limauerit; multum autem scaenicae quoque ostentationi tribuendum est. Accedit denique quod cum ars metrica Plautina ab experimento nata sit, sententiis ipsis metrum non semper sed aliquando accommodatum esse uidetur, ideoque in permultis canticis inordinata digerere et soluta componere nullo modo possumus, cum pro editorum tamen officio eruendae ueritatis latebras adire cogamur. Est sane in metrorum compositione latens quaedam ratio et fere inenarrabilis; sed soli aurium arbitrio obsequi, quae parum expleta desiderent et clauda deprehendant, audacius esse censeo, atque ita potius libertas in exercenda arte critica temperanda est, ne dum metrorum sermonisque captamus elegantiam, perdamus traditionis auctoritatem."

„Sed ut eo reuertar unde sum digressus, ad *Ambrosiani* libri reliquias: quae utinam ne fragmenta tantum Truculenti seruassent! Ac primum quidem cum Trinummi exitu Truculenti initium in palimpsesto non extat. Quaternio enim LVIII in Trinummi uersum IIII 3, 71 (= 1078 *Ritschl*) exit, quaternio LX autem a Truculenti uersu I 2, 15 incipit. Quaternio LVIIII totus periit, i. e. 8 folia siue 304 uersus, quem numerum quamuis Trinummi exitus et Truculenti initium, qualia hodie legun-

tur, non adaequent, omnis tamen accuratior computatio irrita est, quia quantum spatii in Trinummi exitu, quantum ad didascaliam et argumentum Truculenti capessenda, quantum in fine prologi consumptum uacuumque relictum fuerit, non liquet. Quaternio autem LX ne ipse quidem integer ad nos peruenit, sed sex tantum eius membranae in bibliothecae Ambrosianae scriniis reperiuntur, quae hoc ordine olim se excipiebant:

Paginae uulgatae secundum Maii numeros	haec Truculenti fragmenta continent:	
I, 3, 4	I, 2, 15—25	I, 2, 26—42
II, x	folium perditum	
III, 225, 226	I, 2, 76—93;	I, 2, 94—II, 1, 2
IV, 21, 22	II, 1, 3—19;	II, 1, 20—36
V, 27, 28	II, 1, 37—II, 2, 10;	II, 2, 11—27
VI, 235, 236	II, 2, 28—46;	II, 2, 47—63
VII, y	folium perditum	
VIII, 13, 14	II, 4, 2—20;	II, 4, 21—36

Folium QV. LX, 2 igitur periit i. e. — quoniam undeuicenorum uersuum numerus singulis paginis constanter tributus est — 38 uersus, quibus in libris Palatinis *BCD* uu. I, 2, 43—75 i. e. 33 septenarii iambici respondent, quorum quinque propter longitudinem bipertitos fuisse conicias. Propter maiorem autem uersuum numerum decerni nequit, utrum is uersus, quem Tu cum Martino Hertzio post u. I, 2, 61 ex Prisciano (p. 609) inseruisti, a libro Ambrosiano abfuerit necne; cui tamen probabiliorem locum a Vobis adsignatum esse constat quam olim a Goellero post u. I, 2, 37, ubi non solum Palatinorum sed Ambrosiani quoque memoria respuitur. Periit praeterea folium septimum (QV. XL, 7) i. e. 38 uersus, quibus in *BCD* uu. II, 2, 64—II, 4, 1 respondent i. e. 3 septenarii + 31 senarii + duarum scaenarum inscriptiones, quas quattuor uersus occupasse probabile est.“

„Ceterum sex illa folia, quae hodieque extant, si a pagina 28 recesseris, fere omnia si non facillime non difficulter tamen leguntur. Plurimas autem et optimas ex eis lectiones cum magno crisis Plautinae emolumento iam ante me C. E. Geppert in editione Truculenti publici iuris fecit, quae Trowitzschii et Filii typis Berolini prodiit anno 1863. Quodsi multis locis ueram lec-

tionem non indagauit, id uelim ne uitio uertatur uiro doctissimo, quippe qui non tantum temporis quantum ego in inspiciendo libro Ambrosiano consumere potuerit. Immo libenter testor me Geppertianis lectionibus etiam falsis summopere esse adiutum, ut hic quoque illud Aristippeum ualeat: *τὰ μὲν κρείσσω ζητεῖν, τὰ δὲ παρόντα στέργειν.* Adseuerare autem possum, ubicumque meae lectiones a Geppertianis discrepent, Geppertianas cum codicis ductibus non conuenire iterum atque iterum inspectis membranis me mihi persuasisse."

„Neque uero cum magno Truculenti Plautinae detrimento duo fragmenta, quae ad hanc fabulam pertinent, uir doctissimus omnino praeteruidit. Sub finem enim codicis Bobiensis non nullae extant foliorum laciniae, quibus Angelus Maius nullos numeros inscripsit; in his duae sunt inter se cohaerentes, quas in uulgatae contextu olim paginas 483, 484 et 493, 494 fuisse e contextus Biblici computatione constat. Totum autem folium 483, 484 praeter laceros margines et perpaucas lacinias gallae temporumque ui consumptum periit; attamen Truculenti exitum ibi exaratum fuisse ex his quae infra scribam uersuum initiis paginae 483 apparet: u. 3 LEP··US··CASTORM (= Truc. V, 57), 4 S····USATQ·INSAN (V, 58), 7 TA (61), 8 U (62), 9 TUP (63), 10 PECUAAD (64), 11 Q (65), 14 Q (67, et in uersus exitu in margine litteris minoribus EDI), 15 TU (68), 16 ···U (69), 17 F (70). Praeterea sciendum est fabulae titulum marginibus superioribus eum in modum per duas paginas dispesci solere, ut in folio uerso scribatur TRŪCU, in recto LEÑTUS. Parte autem sinistra marginis superioris hodie auulsa de titulo paginae 483 nihil nisi TUS litterae supersunt quas olim ad (LEN)TUS pertinuisse ueri est simillimum; nec contradicit huic coniecturae obliquior trabes tertiae ab exitu litterae (quam T fuisse oportet), quoniam laceri marginis tabes nimios scrupulos irridet. Accedit quod inter incertas palimpesti lacinias, quae in bibliotheca Ambrosiana seorsum adseruantur, marginis alicuius pars interior inuenitur, in cuius inscriptione litterae TEN tam luculenter apparent, ut hoc ipso fragmento folium 483, 484 resarcinari et posse et debere uideatur. Quodsi in uersu tertio paginae 483, ubi LEP··US··CASTORM (i. e. fortasse *Lep(id)us (me)castor m(ortalis)*) litteras extare supra dixi, uersus V, 57

scriptus fuit, sequitur in uersu primo uersum V, 55 (*At ego oues et lanam et alia multa quae poscet dabo*) scriptum fuisse. Sed cum in imo fragmenti illius margine tales potius litterarum reliquiae in uersus primi fronte supersint, quae ad ICIO···S (pro primo I possis etiam de E uel T uel S, pro C de Q uel O, pro O de Q uel [etsi minus commode] de S cogitare) lectionem, nullo autem modo ad ATEGOOUES quadrare uideantur, sequitur aut nouum uersum in paginae fronte accessisse aut uersus V, 55 initium a uulgata lectione discrepuisse; neque maiore probabilitatis specie ex dissolutis diuersisque frustulis Plautinus sermo restitui poterit. Ignoscas igitur si congessisse magis haec duo fragmenta quam digessisse Tibi uidebor. Est sane aliquid prodire tenus, si non datur ultra. — De pagina autem huius folii uersa (pag. 484) nihil nisi incertissimi litterarum TELAFA ductus sub finem uersus 4 extant, quae nescio an ad uersus V, 75 (⟨*eius haec in tu*⟩*tela fa*⟨*bulast*⟩) exitum spectent; et cum in eiusdem paginae uersus quinti lacinia quae exteriori margini adhaeret dubiae litterarum umbrae apparere uideantur, in libro Ambrosiano quoque ut in Palatinis uersum V, 76 (*Spectatores, bene ualete, plaudite atque exsurgite*) extitisse putandum est. Noli uero mirari, si hanc paginam fabulae titulo caruisse Tibi dixero; nam cum ab insequenti pagina nouam fabulam (Vidulariam) incepisse pateat, ultimam Truculenti paginam, ut solet fere amanuensis in fabularum exitu, non inscripsit."

„Difficillimum contra est iudicium de paginarum 493, 494 pristina sede, quas cum paginis 483, 484 cohaerere dixi; nam cum de folio 493, 494 nihil nisi interior margo supersit, ne de inscriptione quidem fabulae quidquam constat. accedit quod seruatarum litterarum umbrae incertissimae sunt; haec autem in pagina 493 supersunt uersuum initia: u. 1 ·D (i. e. ID; pro J possis etiam de E uel T uel P, pro D de P uel [etsi minus commode] de B cogitare), u. 5 ·Q (uel ·R), u. 6 IN (uel EN), u. 8 QU, u. 9 SER (uel BIA), u. 16 ·Q; in paginae 494 margine dextro in u. 2 solae JCO litterulae supersunt, quae longioris alicuius uersus (uelut septenarii) clausula olim fuerunt. Haec igitur uersuum initia et exitus cum ad nullum Truculenti locum si quid uideo, quadrent, sequitur in palimpsesto quoque ut in uulgatae codice folium 483, 484 praecessisse folio 493, 494; et

cum in pagina 484 Truculenti exitus scriptus fuerit, folium 493, 494 non ad Truculentum spectare sed ad eam fabulam quae Truculentum olim excipiebat i. e. ad Vidulariae scaenas deperditas."

„Sed ex hoc alia nobis quaestio exoritur: superest enim, ut ad quem quaternionem folia 483, 484 et 493, 494 pertinuerint, et quot foliis interse separatae fuerint aliqua probabilitate demonstretur, ne recondita quadam ratione haec omnia ficta esse uideantur sed sint in propatulo. Exit igitur, ut diximus, quaternio LX in uersum Truculenti II, 4, 36; pagina uero 483 a V, 55 circiter incohabat. interuallum autem quod interest inter u. II, 4, 36 et V, 55 secundum Palatinorum lectionem impletur circiter 12 scaenarum inscriptionibus (siue 24 uersibus), 123 senariis, 315 septenariis (quorum nonnulli propter longitudinem bipertiti fuerunt) et liberioribus metris, quae paulo plures quam 128 uersus circiter in *A* occupasse putandum est. Horum igitur uersuum summa circiter 16 folia (= 608 uersus) siue duos quaterniones integros (QV. LXI et LXII) occupasse uidetur: ergo a folio 483, 484 incipiebat, in 493, 494 exibat quaternio LXIII.

„Quod autem haec omnia de palimpsesti reliquiis Tecum communicare potui, id insigni liberalitati Clarissimorum Virorum debetur, qui bibliothecae Ambrosianae praesunt."

„Vale et me amare perge."

„Scrib. Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana a. d. VII. Kal. Dec. a. 1867."

Typis expressit E. A. Huth typographus Academicus.

Argumentum.

*T*res únam pereunt ádulescentes múlierem,
*R*ure únus, alter úrbe, peregre tértius:
*V*tque ísta ingenti mílitem tangát bolo,
*C*lam súpposiuit síbi clandestino éditum.
*V*i mágna seruos ést ac trucibus móribus,
*L*upaé ni rapiant dómini parsimóniam.

PLAVTI TRINVMMVS EXPLICIT INCIPIT TRVCVLENTVS TRVCVLENTVS· ARGVMENTVM· *B*, LAVTI TRINVMMVS EXPLICIT INCIPIT TRVCVLENTVS ARGVMENTVM *CD nisi quod D init.* PLAVTI. — 1. pereunt *CD*, perunt *B*. — 2. R Rure *B*. — 3. bolo *BD*, polo *C*. — 4. supposiuit sibi *Pareus duce Cam;* sibi supposuit *BCD*. — 5. Vi *CD*, Vl *B* — ac trucibus *Z*, at crucibus *B*, attrucibus *C*, a trucibus *Da*, a^{t}-trucibus *Db*, — moribus *CD*, imorib; (*sic*) *B*. — 6. Lupae ni *Pyl. nisi quod* ne *scripserat;* Lutpoeni *B*, Ipoeni *C*, Itpoeni *D* — parsimonia *B*. —

1. Argumenti scriptor poetam imitari et permulta ex ipsa fabula adscire solet. *pereunt* (Poen. prol. 96; V, 2, 135) haud dubie ex prol. v. 21 sumpsit. Magis etiam *deperire* frequentatur apud Plautum.

2. *urbe*, ex urbe, urbanus, non *in urbe*, quod olim scriptum fuisse Lambinus male suspicabatur. Similes enim inter se oportet esse partes orationis: *rure*, *urbe*, *peregre*, h. e. rusticus, urbanus, peregrinus. — *peregre*, ex peregrina terra cf. Amph. II, 2, 216 al.

3. Poetae uerba adsciuit argumenti auctor: *bolus* legitur I, 1, 10; IV, 2, 15; IV, 3, 70 et *bolo tangere* Poen. prol. 101. *ingenti bolo* scripsit praeeunte Plauto Pers. IV, 4, 106: *dabit grandis bolos*. Eundem imitatus *tangat* posuit pro *tangeret*. cf. Capt. arg. 4; Brix. ad Trin. v. 14. — De *bolo* infra disserui ad I, 1, 10.

4. *supposiuit* cf. II, 5, 15; IV, 3, 30.

5. *ui magna*, uiolentus, quod nomen seruo inditur II, 1, 39; II, 2, 62. — *trucibus moribus* II, 2, 10; III, 2, 6.

6. *ni* scripsi, de quo vid. Rit. Mus. Rh. n. VIII, p. 479.

*E*t ís tamen mollítur. miles áduenit
*N*atíque causa dát propensa múnera.
*T*andém compressae páter cognoscit ómnia,
*V*tque íllam ducat quí uitiarat cónuenit
*S*uómque is repetit á meretrice súbditum.

7. Et is *CD*, Edis *B*. — 8. Natique *CD*, Natimque *B*. — 9. tandem *Z*, Tamen *BCD* — compresse *B* — cognoscit, g *ex* n factum *Ba* — omā *C*. — 10. illam *Z*, litā *BD*, litam *C* — uiciarat *BCD*. — 11. Suumque *BCD*.

7. ***Et is tamen***. A duobus puris iambis versus incipit, qua in re artem Plautinam non est assecutus argumenti scriptor.

8. ***nati*** ex suae aetatis more auctor scripsit. Nam ab littera N versum incipere necesse est. Plautina forma est ***gnatus***. Contra in Capt. argumento v. 4 ***gnati*** legitur. — ***propensa*** cf. Bacch. III, 4, 15.

9. ***páter cognoscit***, vide Brix. praef. Trin. p. 16.

Personae.

DINIARCHUS, adulescens;
PHRONESIUM, meretrix;
CYAMUS*, seruos;
CALLICLES, senex;
ASTAPHIUM, ancilla;
STRATULLAX*, seruos;
STRATOPHANES, miles;
STRABAX, adulescens;
ANCILLAE, duae.

---

* Vide praefationem.

Prologus.

Perpáruam partem póstulat Plautús loci
De uóstris magnis átque amoenis moénibus,
Athénas quo sine árchitectis cónferat.
Quid núnc? daturin éstis an non? — ádnuont.
Credo équidem uobis, me áblaturum síne mora.
Quid sí de uostro quíppiam orem? — ábnuont.
Eu hércle in uobis résident mores prístini,

PROLOCVS *B*, EXPLICIT ARG· PROLOGVS· INCIPIT *C*, *in D* PROLOG' *ut omnes personarum notas addidit Db.* — 1–3. *afferunt Prisc. de metr. Ter. c.* 2, 9; *Apul. Flor. p.* 28. *Krueg.* — erparuam *cum spatio initiali relicto in fronte D* — partem *Prisc.*; partim *Apul.*; artem *BCD* — Plautus loci *Prisc.*; *Apul.*; plaudi locu *BCD.* — 2. de uestris *Prisc. Apul.*; Deũ eris *B*, deum eris *CD* — mȩnibus *D.* — 3. architectis *Prisc.*; *Apul.*; arcus pletis *BC*, arcuspetis *Da et* l *super* p *scriptum Db.* — 4. daturi nestis *B*, daturin estis *CD, nisi quod* e *a Da ex* o *factum est* — an *BC*, ạdⁿ (*sic*) *D* — adnunt *B*, *et cum uacuo spatio C*, adnunc *D.* — 5. credo equidem *Speng.*; Melior me quidẽ *B*, melior me quidem *CD* — ablaturum *Z*, abiaturum *BCD.* — 6. uostro *B*, ũro *CD* — ore *CD* — abnuunt *Cam.*; abduunt *BCD.* — 7. eu hercle *Speng.*; Eũ hercle *B*, eum hercle *CD* — in uobis *Cam.*; inuodiis *B*, in odiis *D*, inodiis *C* — mores *CD*, more *B.* —

1. Animaduerte quintuplicem allitterationem: '*p*erparuam *p*artem *p*ostulat *P*lautus', unde elegantissimum exordium fit prologo. Non minus eleganter eadem littera luditur Men. II, 1, 27: *Non potuit paucis plura plane proloqui.* Etiam proximo uersu allitteratio est *amoenis moenibus.*

5. *credo* cf. Merc. IV, 1, 23.

6. Rectissime se habet syllabarum hiatus inter *orem* et *abnuont* quem caue remoueris interposito *en.* Nam et pausa orationis inter rogantis et respondentis verba intercedit et uno uocabulo *abnuont* respondeatur oportet, quia supra v. 4 uno uocabulo *adnuont* respondebatur.

7. Uulgabantur *en mehercle* et *enim hercle*, neutrum Plautinum. *eum* ex *eũ* ortum esse, cod. B scriptura

Ad dénegandum ut céleri lingua utámini.
Sed hóc agamus, húc qua uentumst grátia.
Athénis *haec sunto,* íta ut hoc est proscaénium,
Tantísper dum transígimus hanc comoédiam.
Hic hábitat mulier, nómen quoist Phronésium.
Haec huíus saecli móres in se póssidet:
Numquam áb amatore póstulat id quód datumst,

8. utanimi *B.* — 9. huc qua *Cam.;* qua huc *BC*, quia huc *D* — uen-^{tu}tumst *CD*, uenst *Ba.* — 10. Athenis haec sunto *Speng.;* Athinis tracto *B*, Athenis tracto *CD* — proscinium *B*, proschenium *C*, pro^{s}chenium *D.* — 11. Tantis per dum *C*, tantisper dum *D*, tantis perdunt *B* — transicimus *B* — comediam *BCD.* — 12. nomen cui est *Z*, nomine cui ẽ *B*, nomine cui est *CD* — phronesium *CDc*, phrosenium *Da*, phonesium *B.* — 13. hec *BD*, Hec *C* — secli *BC*, scli *D* — inse *C.* — 14. nūquam *B*, Numquam *C*, numquam *D* — amatore *Weis.;* amatore suo *BCD* — datumst *CD*, datum est *B.* —

docemur. Haud raro *eu hercle* initium facit senario Men. V, 1, 31; V, 3, 1; Pers. IV, 6, 24; Rud. III, 5, 41; Most. III, 1, 58; Men. II, 2, 41. — Post hunc uersum etsi non intercedam si quis lacunam statuat huius fere sententiae:

Eu hercle in uobis resident mores pristini,
[Ad dandum ut lingua prompta sit si quis petat,
Si quidem quod alii detur uostrum non siet:
De uostro uel tantillum si quis postulet,]
Ad denegandum ut celeri lingua utamini

tamen sic quoque recte se habet sententiarum nexus. Cum enim permulti spectatores statim abnuant, eu hercle, inquit, uos cum tam celeriter abnuatis pristinos mores tenetis neque ex nostrorum iuuenum more, quales in Truculento describuntur, id quod uostrum est, alii condonare soletis.

9. Recte traiectum esse *huc qua* hoc Rudentis uersu simillimo docemur (prol. 31): *Nunc huc qua caussa ueni, argumentum eloquar.* — *uentumst.* Noli supplere *uobis* neue Lambino suarore *nobis* sed *mihi*, h. e. 'ueni'. Asin. prol. 6: 'Nunc quid *processerim* huc et quid mihi uoluerim Dicam', Rud. l. l. 'Nunc huc qua caussa *ueni* e. q. s.'

10. *Athenis haec sunto* scripsi praeeunte ex parte Camerario qui *Athenae istae sunto* scripserat. At *istae* uel potius *istaec* (Stud. Herm. I. p. 303) non ausim defendere et propter '*hoc* est proscaenium' et collatis Amph. prol. 97, Capt. prol. (I, 1) 26, Mil. prol. (II, 1) 10, Men. prol. 72, Rud. prol. 32. *tr* et *h* litterae in libris qui minusculis litteris scripti sunt persaepe inter se confunduntur. Habes igitur *hacto*, quod additis paucis litteris *haec*[*sun*]*to* scribere eo minus dubitaui, quod in Truculento librarii omissis syllabis passim peccauerunt.

Sed rélicuom dat óperam ne sit rélicuom
Poscéndo atque auferéndo ut mos est múlierum.
Nam omnís id faciunt, quóm se amari intéllegunt.
Ea sé peperisse púerum simulat míliti,
Quo cítius rem ab eo auérrat cum puluísculo.
Quid múlta? [*tri*]*s uícissim pere*[*un*]*t* múlierem:
His cum ánimo, dum habent, rés exenterábitur.

* * *

15. reliquum *Z*, reliquam *BCD* — sit reliquum *C*, sit reliquū *BD* — mulierum· (*sic*) *C*. — 17. cum *BCD* — Intellegunt· (*sic*) *C*. — 19. auerrat *Weis;* auferat *BCD* — puluisculo· (*sic*) *C*. — 20. multa tris uicissim pereunt *Speng.;* multa Stuic superet *cum duarum litterarum lacuna post* multa *B*, multa Superē *D*, multa Superet *C*. *Et C et D nouum uersum incipiunt post* multa. — mulierem *C*, mulierē *D*, muliere *B*. — 21. animo dum habent res exenterabitur *Speng.;* anima ad eum habenti erce teritur *BCD, nisi quod* erteteritur *C*, erceterit̄ *D* — *Lacunam Bothius signauit.*

15. *relicuom* vid. Lachm. ad Lucr. p. 305.

19. *auerrat* Rud. III, 66: '*Conuerret* hic me totum *cum puluisculo*.'

21. *dum habent* cf. II, 1, 21: *dum habet tum amet*, IV, 2, 3; Aul. III, 6, 6 et 12. — *res exenterabitur* scripsi coll. Epid. V, 2, 7: *mihi exenterauit opes argentarias*, eiusd. II, 2, 2; III, 4, 74. Atque *exenterare* etiam de ipso homine eiusque animo dici patet ex Epid. III, 1, 1: *exedor miser atque exenteror*. Denique *animo* pro *anima* scribendum erat cogentibus I, 1, 47 et 49, ubi Diniarchus easdem res secum recogitans amatorem et *ab re* et *ab animo* perire dicit. — *dúm habent* cum hiatu.

Mutilus est prologus. Duo enim sunt prologorum genera apud Plautum. Aut is qui prologi partes agit prologo ad finem perducto in scaena remanet et continuo ad ipsam fabulam et suas partes transit aut solius prologi partes agit, quibus peractis scaena decedit. Illius generis sunt Amph. Merc. Mil.; ad hoc genus pertinent Asin. Capt. Cas. Cist. Poen. Rud. Trin. Quodsi scaena decedit, semper postremis uersibus spectatores adloquitur: si remanet, semper per particulam *Sed* prologo ad ipsam fabulam transitus paratur. Mixti generis unum exemplum exstat Aululariae. Menaechmorum autem prologum integrum non esse dudum editores perspexerunt. Quae cum ita sint, huic prologo spectatorum adlocutionem deesse apparet. Vide etiam Osann. Anal. p. 180.

ACTVS I.

DINIARCHVS.

Non ómnis aetas ád perdiscendúm sat est
Amánti, dum id perdíscat, quot pereát modis,
Neque éam·rationem eápse umquam ediscít Venus,
Quam pénes amantum súmma summarúm redit,
Quot amáns exemplis lúdificetur, quót modis

DIMARCVS· DV· *B*, DINARCHVS· DV· *C*, DINARCHVS ADV *Db*. — 1. *affert Varro de l. l. VI, c.* 2; 1—3 *Prisc. de metr. Ter. II,* 9 — on *cum uacuo spatio initiali relicto init. D* — satest *BC*, sat est *D Prisc.;* est satis *Var.* — 2. amanti dum *Prisc.;* Nã antidum *B*, nã anti dum *D*, nam antidum *C* — id *BCD*, hic *Prisc.* — quot *Z*, quod *Prisc.;* ad quod *B*, Ad quod *D*, Adquod *C* — modis *Prisc.*; motus *BCD.* — 3. eam rationem ea ipsa *Prisc.*; ea ratione me abse *B*, ea ratione me absquese *C*, ea ratione me absq se *D* — umquam *BD*, unquam *C* — ediscit *Speng.:* educet *BD*, Educet *C* — uenus· (*sic*) *C.* — 4. penes *CD*, penis *B* — summa summarum *BD*, suũ masum marum *B.* — 5. Quot amans *C*, Quod amans *BD* — ludificetur· *C* — quot modis *CD*, quod modis *B.* —

1. *omnis aetas*, tota uita, Amph. IV, 2, 3; Asin. II, 2, 18 al. — Recte nostri libri *sat est* non *est satis*, vide inf. II, 6, 61; II, 8, 14; Cist. I, 2, 3; Curc. I, 1, 85; Pers. IV, 7, 15; Poen. I, 2, 75; Stich. V, 4, 28; Trin. III, 3, 74; 85.

2. *ediscit.* Vulgabatur *edocet* inde a Camerario. Hoc uult poeta: Non solum amator sed ne Venus quidem ipsa hoc perdiscere potest, quia noua semper exorabula meretrices excogitant.

3. *rationem*, nunquam computare potest numerum.

4. *quam penes redit*, quod alibi *redire ad aliquem*, Ter. Phorm. II, 2, 3: *ad te summa rerum redit.* — *summa summarum.* Eisdem uerbis utuntur Lucr. III, 818; V, 362; Plin. VII, 26; Sen. Epist. 40.

Pereát quotque exorétur exorábulis.
Quot illíc blanditiae quót illic iracúndiae
Sunt quót *superba fácta*, di uostrám fidem! — hui,
Quid périerandumst étiam praeter múnera!
Primúmdum merces ánnua: is primús bolust.

6. Quotque *CD*, quoque *B* — exoretur *Z*, exoritur *BD*, exoriter *corr. ex* exoritur *C* — exorabulis· *C*. — 7. quot *CD utroque loco*, quod *B utroque loco*. — blanditiae *Z*, blanditer *BD*, blanditer· *C*. — 8. quot *CD*, quod *B* — superba facta *Speng.*; sui perclamanda *BCD*. — 9. perierandum est *BD*, per ierandum est *C* — preter *B*, prȩter *C*. — 10. merces *Gron.*; miros *B*, miror *CD* — annua is *B*, annuus *CD* — primus *CD*, primos *B* — bolust *Z*, ebolust *BCD*. —

8. Non dubito, quin multis arrideat *quot sunt pericla damna*, quod Brix. ad Trin. 302 coniecit. Neque uero accuratius perpenso loco satisfacere potest. Ut enim uersus 5 et 6 ad solam rem familiarem pertinent, quam amator perdit, et *quot* ter positum est, ita hoc quoque loco *quot-quot-quot* tria continere oportet, quibus meretrix rem amatoris petat. Primum est *quot blanditiae*, alterum *quot iracundiae*, tertium *quot* — an *pericula et damna?* Minime. Ad amatorem enim pericula et damna pertinent non ad meretricem. Neque placet periculorum mentionem fieri non solum quod per totam scenam de sola rei familiaris iactura Diniarchus loquitur, alia damna nulla commemorat, sed etiam quod ex Romanorum et Graecorum more pericula non putabantur coniuncta esse cum amore *meretricio*. Quare *superba facta* scripsi, ut gradatio sit *blandiri*, *irasci*, *superbire*. Superbe enim agit cum amatore, quo plura munera det, cuius rei ipsa fabula testis est. Ita etiam I, 2, 76 Din. meretricum *facta* in felle sita esse dicit et *superbia* meretricum Cist. I, 1, 42 notatur. Verborum ordinem *Sunt quot* non opus uidetur ut relinquamus. Confer etiam u. 6. — Proximorum uerborum distinctionem mutaui. *di uostram fidem* priori sententiae adiunxi., *hui* posteriori, quod nisi esset, non minus opinor *hui* abesset quam abest ab Trin. II, 4, 190; IV, 3, 63; Poen. IV, 2, 8; 78; Men. V, 3, 1. *hui* ad proximum uersum spectat ut Rud. I, 2, 65:

At hercle nobis uilla in terra et tegulae. D. *Hui*,
Homunculi quanti estis! eiecti ut natant!

— *di uostram fidem* non rogantis esse sed semper 'admirantis aduerbium cum exclamatione' recte obseruat Donat. ad Ter. Andr. IV, 3, 1.

9. Distingue *munera* quae amator dedit ab eis donis quae se daturum esse pollicetur. Nam postquam amica munera accepit, contenta non est sed continuo alia poscit eaque tanta ut illi, quum se daturum esse iuret, periurium dicendum sit, quippe qui tanta dona re uera neque uelit dare neque possit.

10. *merces annua*, Bacch. frag. (Non. p. 334): *acciperes mercedem an-*

· Ob éam tres noctis *dántur:* intereá loci
[*Aut aúrum*] aut aera aut uínum aut oleum aut tríticum:
Temptát, benignusne án bonae frugí sies.
Quasi ín piscinam réte qui iaculúm parat —
Quando ábiit rete péssum, adducit líneam:
Si iniécit rete, píscis ne effugiát cauet:
Dum húc dum illuc réte [*u*]or[*tit*], ímpedit

Cb in marg. addit.: omĩ res. — 11. dantur *Both.*; dutor *B*, Tutor *CD*. — 12. aut aurum aut *Speng.;* Aut *B*, aut *CD* — aera *Z*, ara *BCD* — aut uinum *CD* — ut uinum *B*. — 13. an bone *CD*, ambo ne *B* — sies· (*sic*) *C*. — 14. Rete *C*. — 15. pessum *BD*, persum *C* — lineam *Stud.;* finfa *B*, Infra *CD*. — 16. si iniecit *Speng.*; Siniecit *B*, sinietit *CD* — cauet· *C*. — 17. uortit *Speng.*; or *BCD*. —

nuam. — *merces* et u. 12 *aurum, aera* e. q. s. nominatiui sunt absolute positi, cf. Bacch. I, 1, 55; Ter. Heaut. V, 4, 10; Holtze Synt. prisc. l. I, p. 29 sq. — *bolus* quid sit, uarie explicatur ab editoribus. Alii a piscatu translatum esse statuunt alii ab aleae ludo, utrique ut sit lucrum, quia et alea feliciter iacta et rete prospere in mare immisso lucrum conquiratur; alii fraudis significationem inesse contendunt ut *bolo tangere* idem sit atque *rete circumuenire.* At nusquam de piscatu habet Noster sed bis de aleae iactu (Curc. V, 2, 13; Rud. II, 3, 30), proprio quidem sensu, ut neque fraudis neque lucri notionem contineat. Reliquis locis omnibus *frustum cibi* significat semper metaphorice positum eodem modo quo nos eo uocabulo utimur 'ein guter Bissen'. Truc. arg. 3; I, 1, 10; IV, 2, 15; IV, 3, 7; Poen. prol. 101; Pers. IV, 4, 106. Apertissime Terentius Heaut. IV, 2, 6: *crucior tantum bolum mihi ereptum e faucibus.* Intellege igitur: id primum frustum est quod deuorat.

11. Recte Bothius *dantur*, cf. II, 2, 25; Trin. II, 1, 21. — *interea loci* Men. III, 1, 1; Pseud. I, 3, 32.

13. *benignus*, prodigus, Epid. V, 2, 44 al.

14. Junge: quasi is qui rete in piscinam parat, itidem est amator. Quod etsi minus accurate dictum est — debebat enim esse: itidem est *meretrix*, quia non cum piscatore sed cum pisce amator comparatur — tamen et ex uulgari loquendi consuetudine recte se habere potest (nos: 'so geht es mit dem Liebhaber') et longiore uerborum ambitu facile excusatur.

15. *abiit pessum*, in profundum demissum est. — *linea* est funiculus ex quo rete et hamus pendebant. Utrumque enim piscandi genus coniunctum fuisse et ex u. 21 (*hamum uorat*) et ex Rud. IV, 3, 45 (*demisi rete atque hamum*) colligi potest.

16. *iniecit* scil. pisci. Possis etiam scribere: *pisci, ne effugiat.* — Numerus singularis *effugiat* defendi posse uidetur. Vulgatur *effugiant* propter u. 18.

17. *dŭm húc dŭm illuc:* hiatus

Piscís usque adeo, dónicum eduxít foras —
Itidémst amator. sei íd quod oratúr dedit
Atque ést benignus pótius quam frugí bonae,
Addúntur noctes: ínterim ille hamúm uorat.
Si sémel amoris póculum accepít meri
Eaque íntra pectus sé penetrauit pótio,
Extémplo et ipsus periit et res ét fides.
Si irátumst scortum fórte amatorí suo,
Bis périt amator áb re atque [ab] animó simul.
Sin álter altri pótior est, [it]idém perit.
Si raras noctes dúcit, ab animó perit:
Sin crébra[s d]u[c]it, ípsus gaudet rés perit.
It[*ást ami*]ca in aédibus lenóniis:

18. donicum eduxit foras *Cam.;* dolium foras eduxit *BCD*, *nisi quod* doliū *B*. — 19. itidem est *Z*, Ibidem est *BCD* — sei *Taub.*; sèt *B*, sed *CD*. — 20. bone *B*. — 21. hamam *B*. — 22. simel *D* — meri *Both.;* mere *BCD*. — 24. Extemplo *B*, extemplo *D*, exemplo *C* — periit *Cam.;* perit *BD*, Perit *C*. — 25. iratumst scortum forte *Lamb.;* iratum scortum fortest *BCD*. — 26. perit *Par.;* periit *BCD* — atque ab *Lamb.;* atque *BCD* – ammo *C* – simul· *C*. — 27. alter *BD*, aliter *C* – alteri *BCD* — potior '*Salmas. cod.*' potius *BCD* – itidem *Cam.;* idem *BCD*. — 28. perit *Z*, periit *BCD*. – 29. sin crebras ducit *Speng.; Stud. Herm. I.* p. 302, Sin crebrauit *B*, si increbrauit *Da*, si increpauit *CDb* — Gaudet *C*, gaudet *D*, gaudit *B* — resperit *BCD*. — 30. itast amica *Speng.*; Iteca *B*, ita et *C*, ita & *D* — edibus *D* — lenoniis *Z*, lenosis *BCD*. —

exemplis non destituitur. Simillimum est Cas. III, 4, 22: *Cŭm hác cŭm istac cúmque amica etiám tua*, etsi facilis est mutatio *cumque* — *cumque* et *dumque* — *dumque*, hoc loco a Bothio facta.

18. *donicum eduxit foras*, ita etiam Bentleius hunc uersum laudat ad Ter. Hec. IV, 1, 7.

19. Aliam ob caussam amator cum pisce comparatur Asin. I, 3, 26: *Quasi piscis, itidemst amator lenae: nequamst nisi recens.*

22. *meri:* semper hoc uocabulum substantiuo adhaeret neque usquam aduerbialiter ponitur.

23. *se penetrauit*, vide Brix. ad Trin. u. 146.

24. Epid. II, 2, 36: *Ubi fidemque remque seque teque properat perdere.*

27. *altri*, genetiuus ut *ulli* II, 2, 38. — bisyllabum est ut Bacch. V, 2, 65; Pers. II, 2, 44; Capt. prol. 8; Men. prol. 26.

28. *noctes ducit* Poen. prol. 108: *dat aurum, ducit noctem.*

30. *itast amica* cf. II, 1, 23; Men. I, 1, 24; Merc. II, 3, 105.

Priusquam únum dederis, céntum quae poscát parat.
Aut périit aurum aút concissa pállulast
Aut émpta ancilla aut áliquod uasum argénteum
Aut áliquod uasum ahénum aut lectus dápsilis
Aut ármariola Graéca aut aliquid semper [*est*]
Quod péreat debeátque amans scortó suo.
Atque haéc celamus nóstra damna indústria,
Quom rém fidemque nósque nosmet pérdimus,
Ne quí parentis neú cognati séntiant:
Quos quóm celamus sí faximus cónscios
Qui nóstrae aetati tempestiue témperent,
Ut ne ánteparta démus postpartóribus,

31. centum quae *CD*, centumq; *B*. — 32. aut perit aurum conscissa pallula est *BCD*, *nisi quod* Pallula est *C*, aut perit aurum aut concissa est pallula *Porph. ad Hor. ep. I*, 18, 55; aut perit aurum quod concissa pallula est *schol. Cruq.* — 33. Aut tempta *B*. — 34. aliquod uasum aenum *Goell.*: uasum ahenum aliquod *BCD*, *nisi quod* aenum *CD* — lectus dapsilis *Z*, electus laptiles *B*, lectus laptiles *CD* — aut *cum uac. spat. C*. — 35. amariola D — greca *uel* Greca *BCD* — semper est *Cam.*; semper *BCD*. — 36. pereat *Z*, petra *BCD* — scorta *Ca*. - 37. haec celamus *D*, haec cęlamus *C*, heccelumus *B* - nostra damna *Speng.*; nos clammina *B*, clāmina *D*, clammina *C*, *nisi quod in B fortasse etiam* nos dammina *legere possis*. — 38. Quō *B*, quoniam *C*, quonia *D*. — 39. ne qui *Speng.*; Neq; *B*, neq, *CD* — neu *B*, neque *C*, neq *D* — cognatis *B*. — 40. cum *BCD* — faximus *Cam.*; facimus *BCD* — conscios *Z*, conscias *BCD*. — 41. nostre etati *B* — tempestiue *Z*, tempestiuo *BCD* — temperent *Valla*; temperint *BCD*. — 42. ut ne '*cod. Barth.*'; Vnne *B*, unde *CD* — anteparta *Cam.*; anteparata *uel* ante parata *BCD*. —

31. Eadem sententia Asin. I, 3, 16.

32. Ferri potest hiatus *aurum aut* sed multo magis placet Bothii traiectio: *periit aurum*.

33. *uasum* vide Gell. XIII, 22; Charis. p. 146 K.

36. Male explicat Weisius '*quod pereat* amator ut Asin. I, 3, 80 et apud nos infra IV, 1, 9.' Immo quum antecedat: *aut periit aurum e. q. s.* aperte hoc dicit: semper aliquid est quod sibi periisse meretrix dicat, ut pecuniam ab eo accipiat.

39. Rectius *ne qui* scribere mihi uisus sum quam *ne quid* cum Camerario. Rud. IV, 1, 5; Trin. V, 2, 21; Capt. III, 5, 80 al.

41. Fortasse *intempestiuae*.

42. *ut ne* Cist. I, 1, 43; Trin. I, 2, 68 al. — *temperare ne* Stich. I, 2, 60. — *anteparta* sunt bona a maioribus congesta, *postpartores*, quod uocabulum Plautus finxisse uidetur, ut

Faxim lenonum et scórtorum [*posthác minus*]
Et mínus damnosorum hóminum quam nunc súnt sient.
Nam núnc lenonum et scórtorum plus ést fere
Quam olím muscarumst, quóm caletur máxume.
Nam núsquam alibi si súnt, circum argentárias
Lenónes scortaque ádsident cottídie.
Ea nímiast ratio, quíppe qui certó scio,
Foró plus scortorum ésse iam quam pónderum.

43. posthac minus *Acid.;* plus est *BCD.* — 44. minos *B* — dampnosorum *CD*, dānos horum *B* — *Post* sunt *rasura in C* — sient *Speng.;* siet *BCD.* — 45. fere *B*, ferre *CD.* — 46. 47. *hoc ordine Cam. inuerso BCD.* — 46. quā *D*, quam *C*, Quā nus *B* — muscarum est *B*, Muscarum est *CD* — cum *BCD* — maxime *BCD.* — 48. lenones scortaque adsident *Speng.;* Scorti lenones quasi sedent *BCD*, *nisi quod* Quasi *CD et* sedens *Ca* — cottidie *B*, cotidie *CD.* — 49. ea nimia est *CD*, Fanimia est *B.* — 50. Foro *Speng.;* Eri *uel* eri *BCD* — iam *Z*, eam *BCD.* —

contrarium sit antepartis, ei sunt qui postea bona nostra possident: si frugi sumus, heredes et posteri nostri, si bona cum meretricibus et lenonibus dissipamus, meretrices et lenones. Idem igitur dicit atque Lysiteles Trin. III, 2, 17: *ut uirtute eorum anteparta per flagitium perderes.*

43 Apparet librarii oculos quum scriberet uersum:

Faxim *lenonum et scortorum* post hac minus

aberrasse ud uersum:

Nam nunc *lenonum et scortorum* plus est fere

unde *plus est* in priorem uersum transiit et genuina uerba remouit. — De accentu *scórtorum* confer Rit. Prol. p. 214. Aul. II, 8, 5; Curc. III, 10; Amph. prol. 42; 100 al.

46. *olim,* vide Brix. ad Trin. 523. — *caletur* Capt. I, 1, 12: *quasi quom caletur*; Prisc. VIII, 26 p. 393 H. — Hoc quoque loco librarius a uersu 46 ad u. 47 aberrauit propter simile initium *Quam* et *Nam* cuius rei uestigium mansit in B, qui *Quam nus* h. e. *Quam nusquam* habet. Ita peruersus ordo uersuum natus est.

47. Etsi *alibi* Men. V, 2, 42 et Curc. III, 47 legitur, tamen hoc loco hauscio an rectius traieceris: *Nam si álibi nusquam súnt.* Certe idem uerborum ordo est Asin. V, 2, 83: *pol si aliud nihil sit.* — Circum mensas argentarias lenones et scorta sedent, ut iuuenes ad damnum pelliciant.

48. *quasi sedent* haud dubie ex *que assident* ortum est. Praeterea uerborum ordo immutandus erat et cogentibus numeris et ad similitudinem uersuum 43 et 45, quo utroque *lenones* priore, *scorta* posteriore loco memorantur.

49. *ea nimiast ratio*, is numerus nimius h. e. ingens est, vide Lor. ad Most. u. 287.

50. *foro.* Possis etiam *hodie*, quae uox II, 6, 28 similem deprauationem *ere* passa est. — Versus 49 et 50 ne

Quos quídem quam ad rem dícam in argentáriis
Reférre habere nísi pro tabulis néscio,
Ubi aé[ra] perscribántur usurária,
Accepta dico, expénsa ne qui cénseat.
Postrémo in magno pópulo in multis hóminibus
Re plácida atque otiósa uictis hóstibus
Amáre oportet ómnis qui quod dént habent.
Nam míhi haec meretrix quae híc habet Phronésium

53. aera *Cam.*; ae *ut uidetur B*, hę *CD*. — 54. accepta *Acid.*; Accipiat *uel* accipiat *BCD* — expensa *priore* e *ex* p, *ut uidetur, correctum a Ba* — ne qui *Acid.*; neque *BC*, neq; *D*. — 55. in magno populo in *Cam.*; id magno populo in *B*, id magno in populo *CD* — multis *Cam.*; mulier *BCD*. — 56. placida *Z*, plagida *BCD*, *nisi quod D* pl^{g}aida — otiosa *CD*, ociosa *B*. — 57. oñis *BCD*. — 58. hec *B*, hęc *C* — meretrixq; *B*, meretrix Quę *C*, meretrix Quae *D* — phronesium *CD*, pronesium *B*. —

post u. 46 positos esse desideres, hoc moneo, priore loco omnium lenonum et scortorum numerum, qui Romae uiuunt, notari, u. 50 eorum qui circum argentarias sedent. — *ponderum*, quibus trapezitae utuntur.

51. *quos* respicit ad *lenones scortaque* u. 48. — Fortasse *quam[nam]*: Merc. V, 2, 16; Asin. III, 2, 41; Men. V, 2, 10; Mil. IV, 5, 2; II, 4, 7; Stich. II, 1, 15. — *argentariis* Vide Rit. Ind. lect. a. Bon. 1845 p. 4 ubi de u. 45—53 disseruit. — Junge: nescio quam ad rem referre dicam, eos in argentariis habere. Est autem *habere* idem atque *habitare* (ut u. 58; II, 4, 55) et *referre* ducendum ab impersonali uerbo *refert* (Pers. IV, 3, 44), *argentariis* ab *argentaria* scil. mensa, non ab *argentarius*. — Duo infinitiui alter ex altero pendent ut infra II, 3, 5; Capt. prol. 62; I, 2, 68 al.

52. *pro tabulis* scil. eos hic habere et adsidere.

53. Quasi tabulae sunt meretrices et lenones in quibus aera accepta perscribantur, h. e. semper pecuniam accipiunt, nunquam quidquam dant. Et ludit poeta uoce *usuraria* quae ambigue dicta est et de usura pecuniae siue aere usurario et de usura corporum quam scorta concedunt. cf. Amph. prol. 108; II, 3, 6; Curc. III, 12.

54. *expensa* Most. I, 3, 146: *ratio accepti atque expensi conuenit;* Cic. pro Rosc. com. c. 3: *tamen in codicem acceptum et expensum referri debuit.*

55. *postremo.* Haud raro singularis significatio huic uoci inest, ut procul absit a 'saltem', vel 'sane'. Simile est nostrum: 'am Ende'. Cist. II, 1, 56; Most. I, 3, 41; IV, 1, 27; Trin. V, 2, 36 al.

56. *uictis hostibus* Rud. prol. 82; Cist. I, 3, 54; Vissering Quaest. Pl. p. 23.

58. *nam* recte dictum et Plautinissimum. Utitur enim hac particula qui, postquam de communi aliqua re disputauit, ad se suamque caussam transit. Iam Diniarchus, postquam

Suom nómen omne ex péctore exmouít meo.
[φρόνησιν, nam φρόνησις est sapientia.]
Nam mé fuisse huic fáteor summum atque íntumum,
Quod amántis multo péssumumst pecúniae.
Eadém postquam alium répperit qui plús daret
Dampnósiorem, me éxin exmouít loco.
Quem mánufestum odium síbi esse memorabát mala,

59. Suum *B*, suum *CD* — omne *Cam*: omnes *C*, oms̄ *BD* — *in* Da suum nom̄ om̄s *uerba in ueteri rasura sunt* — exmouit *BC*, emouit *D*. — 60. φρόνησιν nam φρόνησις *Speng. duce Z*, Phronesium nam phronesis *BCD*. *huic uersui in B manu recenti* (*Camerarii?*) *in marg. adscriptum est 'glossa.'* — 61. intumum *BCD*. — 62. pessimum est *BCD* — pecunie *B*. — 63. reperit *B*, repperi *CD* — plus *Z*, pius *B*, prius *CD*. — 64. dampnosiorem *D*, dampnosiorē *C*, Dā nosi orē *B* — me *Z*, mihi *BCD* — exin exmouit *Speng.*: exine immouit *B*, exinde Immouit *CD*, *nisi quod* ex inde *C*. — 65. quem̄ manifesto odium *Both.* (manufestum *Speng.*), Qui manifesta ac odiosum *BCD*. —

de amore et meretricibus locutus est, ad suum amorem transit et latet hic sententiarum nexus: talia de amore dixi, *nam* ego ipse expertus sum apud Phronesium. Non intellexit hanc rem Cicero de invent. I, 50 (et ad Heren. II, 23). Confer Cist. I, 2, 8; Men. I, 1, 20; Most. V, 1, 3; Mil. II, 1, 17; Brix. ad Trin. 23.

58. *mihĭ haec*, exempla congessi Plaut. Krit. p. 208, sed Bothius *mihi istaec*, fortasse uere. Ceterum confer Aul. prol. 5.

60. Etiam Canterus nov. lect. VII c. 10 cum aliis hunc uersum deleuit. Alibi enim uerba Graeca non solent explicari. Quum autem ne glossator quidem aut Phronĕsium aut φρόνῆσις corripuisse credendus sit, priore loco φρόνησιν scripsi, ut *Phronesim* iam in ed. princ. exstat. Similem uersum habet Gell. XIII, 8 ex Afranii togata: *σοφίαν uocant me Graii, uos Sapientiam.*

61. Noli offendi particula *nam* quae uno uersu interiecto repetita est. Vide inf. II, 7, 12 et 14 et 16; Men. I, 1, 6 et 8; Pseud. III, 2, 2 et 3; Amph. prol. 34 et 35. — *summum atque intumum*, inf. I, 2, 64: *antehac amator summus habitus*'; Mil. II, 1, 16: *intumum se apud lenam facit.*

64. *exin*, exinde, vide Rit. Mus. Rh. n. VII, p. 472 sq.; Lor. ad Most. 218.

65. *manufestum* Aul. III, 4, 10: *furem manufestarium;* Bacch. IV, 8, 77: *moechum manufestarium.* Contra semper *manufesto tenere.* Vide infra ad I, 2, 30. — *sibi esse* ex licentia quae magis ad rhythmum quam ad prosodiam spectat. Vide Fleck. (Jahrb. 1850 p. 42 Anmerk.) Brix. praef. Trin. p. 14. — Mutata distinctione hunc uersum a superioribus seiunxi. Vulgo voce *militem* sententia claudebatur. De attractione vide Curc. III, 49;

Babylóniensem mílitem, is nunc dícitur
Ventúrus peregre: eó nunc commentást dolum.
Peperísse simulat sése ut me extrudát foras
Atque út cum solo pérgraecetur mílite.
Eum ésse simulat mílitem pueró patrem.
Eo istí suppositus púer *nunc* opus [est] péssumae.
Mihi uérba retur dáre se[se]: an me cénsuit
Celáre se potésse, grauida sí foret?
Nam ego Lémno adueni Athénas nudius tértius,
Legátus hinc quo público imperió fui.
Sed haéc quis mulier ést? Asthaphium ancíllulast.
Cum eá quoque etiam míhi fuit commércium.

66. Babiloniensem *BCD.* — 67. commenta (*an* conmenta?) est *B*, cõmenta est *D*, commentaest *C.* — 68. peperisse *Z*, Reperisse *uel* reperisse *BCD.* — 69. 70. *hoc ordine Dousa Acid.; inuerso BCD* — Atque *BD*, Adque *C* — pergraecetur milite *Z*, peregre getur militi *BCD.* — 70. eum *Z*, Cũ *B*, cum *CD* — simulat *Acid.;* simulant *BCD* — puero *CD*, puerũ *B.* — 71. eo *Both.*; Eũ *B*, eum *CD* — suppositus puer nunc *Speng.;* suppositum puerum *uel* Puerum *BCD* — opus est *Speng. duce Weis.;* opus *BCD* — pessime *BD*, pessum *C.* — 72. uerba *CD*, berba *B* — sese *Lamb.* se *BCD* — an me *Pius*, ame *BCD.* — 73. potesse *CD*, potest se (*sic*) *B.* — 74. adueni *Gepp.;* aduenio *BCD* — tercius *B.* — 75. quo *Z*, quod *BCD* — publico *Speng.;* cum publico *BCD* — inperio *B*, Imperio *CD.* — 76. hec *B*, hęc *C* — quis mulier est *Cam.;* quibus melius est *BCD* — ancillulast *Speng.;* est ancillula *BCD.* — 77. ea *Z*, ergo *BCD* — comertium *B*, commertium *CD.*

Epid. III, 4, 12; Aul. IV, 7, 17; Capt. prol. 1 al.; Brix. ad Trin. 985.

71. Vulgo editores *opus est* cum casu accusatiuo *suppositum puerum* iungunt Noni uerbis (p. 482) in errorem inducti. Nemo unquam scriptorum *opus est aliquam rem* dixit sed aut *aliqua re* aut *aliqua res.* Cf. Lachm. ad Lucr. II, u. 815. Ceterum complures emendandi uiae patent uelut *supposito puerulo opus est* uel quod dudum proposueram *suppositus puerus opus est* duce Prisc. p. 231 H. qui ueteres etiam *hic puerus* dixisse tradit.

74. *adueni* Mil. II, 5, 29: *quae heri Athenis Ephesum adueni;* Most. IV, 3, 12: *hodie adueni peregre.*

75. Mil. II, 1, 22: *Is publice legatus Naupactum hinc fuit.*

ASTAPHIVM. DINIARCHVS. I, 2.

Astaphium.

Apút fores auscúltate atque ádseruate aédis,
Ne qui áduentor gráuior abbaétat quam aduéniat
Neu quí manus adtúlerit sterilés ad nos íntro,

ASTAPIVM ANCILLA DIMARCVS IDEM· *B*, ASTAPHIVM ANCILLA· DINARCVS IDĒ· *CD*, nisi quod ASTAPHIV̄ et DINARC' IDẼ *D*. — 1. aput *Speng.;* Aut *B*, Ad *C*, *Prisc. de metr. Ter.* 2, 18; d *cum spatio initiali relicto D* — fores *CD*, foras *B* — atque *B*, adque *CD* — adseruate *Prisc.;* adseruas *BD*, seruas *C*. — 2. qui *Herm.;* quis BCD *Prisc.* — grauiar *B* — abbitat *Both.:* (abbaetat *Speng.*)*:* abaetat *B*, abeat *CD Prisc.* — qua *B*, quam *cum uac. spat. C*. — 3. qui *BCD*, quis *Prisc.* — attulerit *BCD* — ad nos intro *Both.;* intro ad nos *BCD*, *Prisc.* — *Vac. spat. post* intro *C*. —

I, 2, 1—12. Numeros feci hosce: u. (1) (2) (3) (13) (14) tetrametros bacchiacos; (4) (6) (9) (15) dim. bacch.; (11) tetr. cret.; (12) dim. cret.; (5) tetr. troch.; (10) sen. iamb.; (7) (8) dim. iamb. — Alii alios numeros descripserunt: senarios et tetr. bacch. *Herm.* (de metr. p. 96 et 202); trim. troch. *Both.*; saturn. *Weis.;* tetr. iamb. cat. *Goell.;* dim. cret. cum trip. troch. ac. et duos tetr. iamb. cat. *Gepp.:* semiseptenarios iamb. cum penthem. *Stud.* (Zeitschr. f. Gymn. Berl. XVIII, p. 550); dim. bacch. cum trip. iamb. cat. et tetr. bacch. et dim. cret. cum trip. troch. cat. Brix. (Jahrb. 1865, p. 62). Inepta apud Prisc. l. l.

1. *aput* feci ex *aut*, ut Merc. III, 1, 46 *aud* C, *aput* A. — Ancillis haec dicit Astaphium. — *fores* monosyllabum.

2. *aduentor* inf. II, 7, 56; Asin. II, 2, 92.

2. *abbaetat*, de forma *betere* (*baetere*) vide Non. p. 55 ed. Bas. — de *bitere* cf. Brix. ad Capt. 377; Lor. ad Most. 1082.

3. Caue 'int*us* ad nos' scripseris. *intus* enim et *in aedibus* et *ex aedibus* nunquam autem *in aedes* significat. Quodsi *ex aedibus* est, semper uerbum cum praepositione iunctum est quae exeundi uim habeat aut *ex* aut *pro*. Ita *intus exire*, *egredi*, *ecferre*, *euocare*, *prodire*, *produci*, nusquam aliter. Nam Capt. II, 2, 1 ubi olim *reuortar intus* et Mil. II, 5, 49

Grauidás foras expórtet.
Nóui ego hominum móres: ita nunc ádulescentes mórati sunt.
(6) Quinei aút senei aduéniunt
Ad scórta congerrónes.
Consúlta sunt consília.
Quando íntro aduenérunt,
Oenús eorum aliquis ósclum amicae usque óggerit.
Dúm illi agunt, *suám rem agunt* céteri cléptae.

4. for$\overset{a}{e}$s *D* — exportet *Prisc.:* exortet *BD*, ex ortet *C.* — 5. *post* ego *uac. spat. C.* — 6. quinei aut senei *Schneid.; Brix.;* quinei Aut senec *BCD*, *nisi quod CD* quin ei *et D* Au$\overset{t}{s}$e nec — *Ante* quinei *uac. spat. C*, *item ante et post* adscorta. — (7) 6. congerones *BCD.* — (8) 7. consilia *Cam.;* consilio *BCD.* — (10) 8. Oenus *B*, Vnus *CD* — osclum *Brix.;* oculum *BCD*; osculum *Cam.;* — amicae usque *Z*, amicensq; *BCD.* — (11) 9. agunt *Lamb.;* agant *BCD* — suam rem agunt ceteri cleptae *Speng.;* SS CETERI CLEPTAE· *miniatis litteris B, quibus uerbis nouus uersus et incipit et terminatur. Pro his unum uersum uacuum relinquunt CD.*

ubi *adfer intus* uenditabantur, nunc ex codicum auctoritate *reuortar intro* et *ecfer intus* leguntur. — Monosyllaba sunt *manus* et proximo uersu *foras*.

5. *mórati* recte se habet in tetram. troch. acat. neque traiectione *súnt morati* opus est.

(10) 8. Priscam formam *oenus* eiusque uestigia infra II, 6, 62 B seruauit. — *oggerit*, Cist. I, 1, 72; Pseud. III, 2, 23.

(11) 9. Istae quas supra posui litterae in B eandem speciem prae se ferunt quam personarum notae quae scaenarum initiis praefigi solent. Eandem ob caussam CD unam lineam uacuam relinquunt et D proximo uocabulo *in* habet pro *Sin* uacuo spatio relicto, ut per totam fabulam pro scaenae littera initiali uacuum spatium relinquere solet. — *suam rem agunt.* Alia quoque tentaui uelut: *Dúm illi dant sáuium, céteri clepunt* (dim. cret. cum trip. troch.), ut *sauium* in *Astaphium* degenerasse eaque uoce librarium ita in errorem inductum esse statuas, ut proxima quoque uerba personarum notas esse putaret. Sed non satis placet tripod. troch. Etiam de tetr. iamb. ac. cogitaui seruata cod. B uersuum distributione: *Oenús eorum aliquis ósclum amicae usque óggerit, dum illi*[*sce*] *agunt* deletis *ss ceteri cleptae* uerbis ut a glossatore ad *illisce* uocem adscriptis. Fortasse fuit olim *scilicet ceteri cleptae.* Manum poetae quis restituet? Hoc moneo substantiuum *cleptes* uel *clepta* neque apud Plautum neque apud alium scriptorem inueniri, *clepere* et ab aliis frequentari et Pseud. I, 2, 6 legi.

Sín uident quémpiam
Se adséruare, oblúdunt, qui cústodem obléctent.
Per ióculum et ludúm de nostró saepe *rápiunt*,

— (13) 10. in *cum uacuo spatio initiali* (*ut in nouae scaenae exordio*) *relicto D* — adseruare *CD*, auseruare *Ba* — obludunt *Z*, obludeant *BCD* — Oblettent *C*. — (14) 11. de nostro *CD*, deñro *B* — sepe *BC* — rapiunt *Speng.*; aedunt *BC*, ędunt *D*. — (15) 11. lepido ore *Speng.*; fectorum *B*, Fartores *CD*. — (16) 12. scitis *Cam.*; scistis *BD et cum uac. spat. C* — pol uos *Speng.*; poli ec uos *B*, pol Haec uos *C*, pol Hęc uos *D* — haud *CD*, aut *B*. —

(12) 10. Ludunt inter se ut custodis oculos a se auertant. Distinxi post *oblectent;* uulgo uoce *ludunt* sententia terminatur.

(14) 11. Hoc uult, istos homines dum ludunt uasa aurea et argentea et aliam pretiosam supellectilem furari. Ceterum et hoc et proximo uersu quam sit procliuis emendatio non me fugit.

(15) 11. Lectio uulgata est *quod fartores faciunt*, quae sic explicari solet: 'quia de eis quae ad eos delata sunt, ut farcimina faciant, nonnihil detrahunt eoque uescuntur.' Admodum languet haec comparatio neque crediderim illos qui farcimina faciebant ferarum ritu crudam istam carnem comedisse. Decernit autem nostram causam, quod fartorum nomen a Romanis non eis hominibus inditur qui farcimina faciunt sed eis qui aues farciunt. Ita aperte Columella VIII, 7, 1: *pinguem quoque facere gallinam quamquam fartoris non rustici sit officium* et Iner. Grut. p. 580 n. 15: *Antigonus Drusi Caesaris auium fartor prim. fecit coniugi;* et Ter. Eun. II, 2, 26: *Cetárii, lanii, coqui, fartóres piscatóres*, ubi Donatus perperam explicat: *qui insicia et farcimina faciunt*, contra recte Eugraphius: *qui farciunt ut in meliorem saginam pinguescant.* Post hunc Terenti uersum libri deteriores et in Bembino manus recentior *aucupes* addunt, quo aperto glossemate — numeris enim respuitur — glossator aliquis illud *fartores* recte explicauit. Eidem sunt *fartores* Hor. Sat. II, 3, 229. — Posui quod hunc sensum praeberet: dum furantur id lepido et iocoso uultu faciunt quasi nihil commiserint.

Ceterum u. (1)–(15) in B undecim uersus complectitur qui his uerbis terminantur: *aedis — adueniat — nos — mores — quinei — congerones — aduenerunt — agant* — CLEPTAE· — *oblectent — faciunt*, qua uersuum distributione seruata audaciore mutatione opus sit (in qua *consultis consiliis* u. 7) ut tetr. bacch. septem, tetr. iamb. ac. unum, tetr. anap. ac. duos efficias.

(16) 12. Emendationem exspectant uerba *pol uos*, nam et *uos* et iteratum *pol* offendunt et aliud latere scriptura cod. B docet. Dubitanter tentaueram: *spectatorum satis probe nos*[*tis*] *me.* — De sententia confer Most. I, 3, 123. — Anapaestos esse horum uersuum numeros intellexit Stud. (Zeitschr. f. Gymn. 1864. p. 535).

Quod *lépido ore* fáciunt.
Fit pól hoc et pars spectátorum scitís pol uos me haud méntiri.
Ibist íbus pugnae et uírtuti de praédonibus praedám capere.
At ecástor nos rusúm lepide referímus gratiam furíbus nostris.
Nam ipsí uident eorum quom a*úf*erimus bona atque étiam ultro ipsi adgérunt ad nos.
Di. Me illís quidem haec uerberat uérbis:

(17) 14. ibist ibus *Cam.:* Ibi sib; *B*, ibi usibus *CD* — pugne *B.* — (18) 15. At eccastor *A*, At *BCD* — rusum *B*, rursum *ACD* — grām *B.* — (19) 16. eorum cum *A*, cum eorum *BCD* — auferimus *Speng.:* aggerimus *ABCD nisi quod in A possis etiam* accerimus *legere* — atq. *A*, loqui *BCD* — aggerunt *ABCD* — *Omnium personarum et nomina et spatia om. BCD, nisi ubi contrarium adnotabitur.* — (20) 17. hec *B* — uerberat *BCD*, uerberant *A.* —

(17) 14. *ibus* cf. Non. p. 486; Charis. p. 54 K. — Ceterum *ibus*, quae uox Hermanno et Lachmanno (ad Lucr. p. 262) auctoribus priorem et corripere et producere creditur, nullo modo mihi persuadere possum aut apud Plautum aut apud alium scriptorem unquam priorem corripuisse. Producitur enim et hoc loco, cuius numeri certissimi sunt, et Mil. I, 1, 74 et Curc. IV, 2, 20. Item Capt. arg. 5, ubi editores dimetiuntur: *Et ín ĭbus emit ólim amissum filium* producto *ībus* ita pedes distribuamus oportet: *Et in íbus emit e. q. s.* Deinde Rud. prol. 73: *náuis confractást ĭbus* ueterum editionum peruersa lectio est, pro qua libri manuscripti *nauis confractast iis* habent. Neque uero Ritschelius Bacch. I, 2, 34 Scaligeri et Guyeti coniecturam sed aut *Praesénte una ībus* aut Hermanno duce *Praesente una illis* recipere debebat. Qui apud alios scriptores exstant loci eandem legem profitentur. Pomponii enim uersus (apud Non. l. l.) est: *Núnc quando uoluisti facere, fác uoluptati sies* | *'Ibus*, uel rectius uno uersu *uoluptatí sis ībus* cum Lachm. et Titinii uerba (apud eund.): *eu aecastor si moratae sitis ambae ibus ut pro ego maoribus* non minus corrupta sunt quam numeris laborant. Denique apud Lucretium IV, 934 et VI, 755 Lachmannus contra libros *ĭbus* coniectura inuexit idemque II, 88 Hauercampum secutus *a tergo ĭbus obstet* ubi satis defendi potest librorum lectio *a tergibus obstet.*

(18) 15. *At ĕcástor* vide Brix praef. Trin. p. 16; Most. I, 3, 116: *Quia ecástor;* Mil. IV, 2, 73: *Eu ecástor;* Ter. Andr. III, 2, 3: *Per ecástor* al. — *rusum.* Curc. V, 2, 5 B *risum* h. e. *rusum.*

referimus s finale abiicit ut mox *furibus* et bisyllabum est *gratiam*, ut proximo uersu *adgerunt* et monosyllabum *uident*, quibus durioribus numeris offendi noli: frequentantur enim talia in anapaestis.

(19) 16. *auferimus* cf. inf. II, 4, 73.

(20) et (21) dim. anap. cat. sunt quos numeros duce A restituit Stud. Semel

Nam ego húc bona mea degéssi.
Ast. Comméminі: iam pol eúmpse ad nos si dómi erit mecum addúcam.
Di. Heus mánedum Astaphium príusquam abis.
Ast. Quí reuocat?
Di. Scies: réspice huc.
Ast. Quis est?
Di. Vóbis qui múlta dona ésse uolt.
Ast. Dato,
Si ésse uis.
Di. Fáxo erunt: réspice huc modo.
Ast. Oh,
Enícas me miseram quísquis es.

(21) 17. bona mea degessi *A*, done adecessi *B*, dona concessi *D* — donaconcessi *C*. — (22) 18. eum ipsum ad nos *A* (eumpse *Speng.;*) ego um sum *BCDa*, ego u||sum *cum rasura Db* — erit *A*, erat *BCD*. — (23) 19. astaphium *A*, adstaphius *B*, astaphius *CD* — abis *A*, auis *BCD*. — (24) 19. Qui reuocat *A*, qui reuoca *B*, reuocat *CD*. — (25) 20. dona *Speng.; Stud.;* bona *ABCD* — uult *ABCD*. — (26) 20. oh *A*, io *BCD*. — (27) 21. Enicas *A*, tenicas *BCD* — es *ACD*, esi *B*. —

moneo Ambrosiani uersuum distributionem cum meo exemplo ubique conuenire, nisi contrarium notauero. — *quidem* totum eliditur (ut *bona* praecedente uersu) *uerberat* bisyllabum. — *degessi.* Cf. Stud. Herm. I, p. 303. Men. V, 2, 53: *mea ornamenta clam ad meretrices degerit;* V, 1, 29: *tuae degeris amicae.*

(22) 18. Astaphium postquam aliquantisper ante aedes morata est, iam memor quam ob caussam prodierit haec ipsa secum fabulatur et ipsa se monet. Non eram suam adloquitur ut Lambinus uult cum aliis editoribus. — *eumpse* vid. inf. ad u. 31.

(23) dim. iamb. ac.; (24) compositus ex duabus trip. troch. cat.; (25) (26) dim. cret. cum trip. troch. cat. — In B u. (16)—(26) decem uersus complectuntur in has uoces exeuntes: *mentiri* — *capere* — *nostris* — *loqui* — *nos* — *adecessi* — *adducam* — *scies* — *est* — *respice.*

(24) 19. *qui reuocat*, Poen. IV, 2, 29 *qui uocat* libri, quamquam non sibi constant aut libri aut scriptor cf. Poen. V, 4, 43; Stich. I, 3, 69 al. Merc. II, 4, 6: *qui me reuocat BCD*, sed *quis A*, ut Stud. me docuit.

(27) 21. *enícas* ut *uídes*, *hábes*, similia. Non enim ausus sum *necas* scribere, quia hoc sensu semper *enicare* dicit Noster: et habes locum cum sententia tum numeris simillimum Rud. IV, 3, 7: *Enícas iam me odio quisquis es.*

Di. Pessúma mane.
Ast. Optúme odio's.
Díniarchusne íllic est? — 'Atque is est.
Di. Sálua sis.
Ast. 'Et tu.
Di. Fer cóntra manum et paritér gradere.
Ast. Tuis séruio atque audiens sum ímperiis.
Di. Quid agís?
Ast. Valeo et ualidúm teneo.
Peregré quoniam aduenis céna datur.

(28) 22. Pessima mane *A*, *Prisc. de metr. Ter. II*, 10, pessimā Anel *B*, pessimam anel *CD cum uacuo spatio ante* anel (*quo uerbo nouus uersus exorditur*) *litterae initiali relicto.* — (29) 23. optime odio es *Prisc. et nisi quod* est *A*, optune odiosus es *B*, optume odiosus es *cum uac. spat. ante* odiosus *et post* es *C*, odiosus es *D cum quinque litterarum spatio post* es. — (30) 24. Diniarchusne *A*, Dinarchus ne *BCD* — is est *A*, isertis *B*, Isestis *C*, is estis *D.* — (31) 24. salua sis .. tu *cum personae spatio et duabus uel tribus litteris obtectis A*, ad uas lissi ituli *BCD nisi quod* ittuli *CD.* — (32) 25. Fer *A*, fert *BCD* — contra^{ma}num *B* — *Post* manum *uac. spat. C.* — (33) 25. tuis *A*, tibi *BCD* — adq. audiens *A*, atque audies *BCD* — imperiis *A*, inperis *BD et cum uac. spat. C.* — (34) 25. quid *A*, tute quid *BCD* — ualeo *A*, Vade *B*, Vale *CD.* — (35) 26. quoniam *ACD*, qm̄ *B* — cena datur *Speng.;* cena detur *A*, centur *BCD.* —

(28) (29) 22. 23. Monometros iambicos nolui dimetro (cum hiatu) iungere, quia et Ambros. descriptio et Prisciani uerba monometros tuentur. Cas. II, 1, 8: *Ego illúm fame — Ego illúm siti*, quos A minus recte uno uersu complectitur.

(30) 24. seruata hac A descriptione uersus est ex dim. troch. cat. et cretico compositus uel ex dipod. troch. ac. et dim. cret. — De *atque* uide Goell. ad h. l.

(31) 24. dim. cret. cat. — Male iungebatur *Et tu fer contra.* Immo supplendum *salue.* Capt. V, 4, 12: *salue Tyndare. T. Et tu;* Men. V, 9, 73: *o salue frater. M. Et tu, quem e. q. s.;* Poen. V, 2, 79: *salue. A. Et tu edepol quisquis es;* Stich. I, 2, 33: *salue mi pater. A. Et uos ambae.* —

(32) 25. Non recte Lambinus: uoluit dicere: 'fer contra pedem'. Immo manum sibi porrigi uult Diniarchus ut Pseud. II, 4, 18: *confer gradum contra pariter, porge audacter ad salutem brachium.* — *manum* eliditur uel *manum ĕt pariter* corripitur.

(33) 25. Bisyllaba sunt *seruio* et *audiens.*

(35) 26. *aduenis* s finale abiicit et postremam corripit ut *enicas* u. (27). — *cena datur* scil. a nobis, ut *cena dabitur* Epid. I, 1, 6. Ambrosiani lectio *cena detur* etsi Plautina (cf.

Di. Bene dicis benigneque uocas Astaphium.
Ast. Amabo,
Sine me ire, era quo iussit.
Di. Eas: sed quid ais?
Ast. Quid uis?
Di. Dic, quó iter inceptás? quis est, quem accérsis?
Ast. Archilínen
Meretrícem.
Di. Mala tu fémina's: oles únde es disciplínam.

(36) 27. bene dicis benigneq. uocas *A*, benigne dicis *BCD nisi quod C* Benigne *et uac. spat. post* dicis — astaphium amabo *A*, Astat eũ ambo *B*, astate ambo *CD*. — (37) 27. ire era *A*, ire *BCD* — *Personae spatium post* ais *om. A*, *duarum litterarum spatium uacuum reliquit D et sex uel septem litterarum C idemque quattor litt. post* iussit — uis *ACD*, ius *B*. — (38) 28. Dic *A*, istic *BCD* — quoiter *C* — inceptas *Ba*, c *littera fortasse ex* t *facta* — quis est *A*, qui es *B*, quies *CD* — Quem *CD* — accersis *A*, arcessis *BCD* — archiline⁻ *A*, archinam *BCD*. — (39) 29. Meretricem *A*, Obstetricem *B*, obstetricem *cum spatio CD* — mala tu *A*, mala *BCD* — femina es *ABD*, feminaes *C* —́ oles unde es *Gepp.;* oles eam (*uel* iam) unde tu es *A*, soles unies *B*, Soles unies *CD*, solens sũ ea est *superscr. Cb* — disciplinam *cum spatio C*. —

Bacch. III, 6, 8; Most. V, 2, 8) hoc loco contra numeros peccat. Certissimi enim sunt dim. anap. (32)—(35) quorum numeros primus Geppertus intellexit. — *quoniam* Stich. III, 2, 17: *quoniam saluos aduenis*. — De *cena* vide Bacch. I, 1, 61; Lor. ad Most. 993.

(36) 27. Ambros. scripturam et hoc et proximo uersu intactam reliqui. Numeri enim

∪ ⊥ —, ∪ ⊥ — | ∪ ⊥ ∪ — ∪ — ∪
et ∪ ⊥ ∪ — ∪ ⊥ ∪ — | ∪ ⊥ ∪ — ∪

mihi non probantur, praesertim cum Ambrosiani scriptor uersui (37) eosdem se numeros tribuere indicet atque eis qui sequuntur. Nam (23)—(36) uersuum initia a margine admodum remouit, inde a uersu (37) ab ipso lineae exordio scribere pergit. Quare hauscio an sic scribendum sit:

D. Benígne dicis, béne uocas:
[sed díce] Astaphium, amábo.
Ast. Sine me íre, era quo iussít.
Di. Eas. [Ast. Eó. Di.] Sed
quid ais? Ast. Quíd uis?

uel *iussit* [*meu*] posteriore uersu. Ita Merc. V, 2, 108: *Bene uocas, benigne dicis: cras apud te, nunc domi*. — *Amabo* etiam ab initio sententiae ponitur, cf. inf. II, 4, 13; IV, 2, 8; Asin. III, 3, 117 al. — *bene dicis*, vid. Lor. ad Most. 803.

In B u. (26)—(37) his uocabulis terminantur: *pessimã* — *odiosus es* — *manum* — *inperis* — *agis* — *dicis* — *ais*.

(38) 28. *inceptas*, de indicatiuo uide Holtze Synt. II, p. 110 sq.

(39) 29. Recte *A meretricem:* nam

Manufésto mendací mala teneó te.
Ast. Quid iam, amabo?
Di. Quia te ádductarum huc díxeras eúmpse non eámpse.
Nunc múlier factast éx uiro: malá's praestrigiátrix.
Sed tándem eloquere, quís is homost, Astáphium?
Ast. Nouos amátor.
Nimis ótiosum te árbitror hominem ésse.
Di. Qui arbitráre?

(40) 30. Manifesto *A*, Manifesta *B*, manifesta *CD*. *Praecedit personae nota in B et spatium in CD* — mendaci *A*, mendatii *BD*, mendacia (mendacia-mala) *C* — teneo te *A*, te teneo *B*, Te teneo *D*, Teteneo *cum spat. C*. — 31. Quia te adducturam *A*, Qua te adducituram *BCD nisi quod* quate *CD* — eumpse *Lind.;* eum ipsum *A*, eum ipsū *B*, Eum ipsum *CD* — non eampse *Lind.;* non eam ipsa‾ *A*, inonea asæ *B*, inonea ase *CD*, n' eampse *superscr. Cb.* — 32. nunc *CD* — facta est *BD*, factaest *C*, facta est iam *A* — mala es *A*, mala est *BC* (exuiromalaest *C*), mala ẽ *D* — praestrigiatrix *A*, prestigiator *B*, Prestigiator *C*, Prȩstigiator *D*. — 33. sed *CD* — eloquere *A*, loquere *BCD* — qui sis *BD*, quisis *C* — homost *A*, homo est *BCD* — astaphium *A*, astaphi *BD*, asta phi *C* — *Personae uel notam uel spatium om. ABCD* — nouus *A*, unous *B*, Vnus *CD*. — 34. nimis *ACD*, Nistus *B* — te arbitror *A*, arbitror *BCD* — qui *A*, quinam *B*, q < Nam *Ca*, quia nā *in marg. Cb*, quia Nam *D* — arbitrare *cum spatio CD*. —

obstetricis mentione facta Diniarchum hoc loco non infra u. 92 de partu Phronesii quaerere oportebat. — *olĕs* vide supra ad u. (26). — *disciplinam* Cas. III, 5, 28.

(40) 30. Veram lectionem restituit A: legebatur *manifestam*. Vide Cas. II, 3, 19; II, 8, 71; Pseud. II, 4, 57; Merc. IV, 3, 31; Men. IV, 1, 4; Bacch. IV, 4, 45, unde corrigendum Men. IV, 2, 29. — *quid iam*, quam ob caussam? Pers. I, 1, 19; I, 1, 30; II, 2, 51 et passim.

31. Spectant haec uerba ad u. 21. Accipiendam duxi Lindemanni lectionem *eumpse* et *eampse*, ne *um* et *am* syllabae, in quibus contrarium positum est, in thesi laterent.

32. *praestrigiatrix*, ueram hanc formam et hoc loco *A* seruauit et *BD* Aul. IV, 4, 3 et *B* Poen. V, 3, 6, ubi et ipsum *A* (non *D*) PRAESTRIGIATOR praebere Studemund mecum communicauit.

33. *nouos amator* in libris et editionibus Diniarcho continuatur. Nisi cum Palm. et Dousa *nouos[ne]* scripseris, haec uerba Astaphio tribuenda erunt, ut supra feci. Nouum enim amatorem esse concedit, sed nomen et quis sit tacet.

34. *ĕsse* ex *BCD* lectione perperam correptum recte remouit *A*.

Ast. Quia túo uestimento ét cibo aliénis rebus cúras.
Di. Vos míhi dedistis ótium.
Ast. Qui, amábo?
Di. Ego expedíbo.
Rem pérdidi apud uos: uós meum negótium abstulístis.
Si rém seruassem, fúit ubi negótiosus éssem.
Ast. An tú te Veneris públicum aut Amóris alia lége
Habére posse póstulas, quin ótiosus fías?

35. A Quia *B*, quia *CD* (quiatuo *C*) tuo *ABCD*, tu *Non. p.* 499 — Rebus *CD*. — 36. uos *CD* - otium *A*, otiosũ *B*, otiosum *CD* — qui *A*, quid iam *BCD* — ego expedibo *A*, ego expediuo *B*, expedibo *CD*. — 37. perdidi aput uos uos *A*, perdidi apud uos *Non. p.* 477, perdidi *BCD*. — 38. sirem *C*, si rem *D* — seruassem *BD*, seruas sem *C*, seruauissem *A* — Fuit *CD*. — 39. An tu te ueneris publicum *A ex Stud. coniectura*, An tute bene respublicũ *B*, antute bene rem publicam *CD* — Aut *CD* — amoris *BCD*. — 40. habere *CD* — posse *A*, posses *BCD* — quin *A*, quintu *BCD* — otiosus *AD*, otiosius *C*, osius *B*. —

35. Duae sententiae argute confunduntur. Primum enim dicit: quia istius hominis rebus curas, h. e. quia quaeris quis iste homo sit. Deinde: quia tua re familiari nostris rebus curas h. e. mederis, quum bona tua nobis donare soleas. — *curare* alicui rei, u. Non. l. l. Trin. IV, 3, 50; Rud. I, 2, 58.

36. *expedibo*, exponam, Men. IV, 2, 50.

39. *Veneris publicum*, Venerem publicam. — *Veneris aut Amoris* Curc. I, 1, 3: *quo Venus Cupidoque imperat;* Most. I, 3, 7: *Amor et Cupido in pectus perpluit meum.*

40. Ludit Diniarchus uoce *publicus:* alio enim modo interpretatur et uectigal publicum intellegit. Turneb. Adu. I, 5: 'Populi Romani uectigalia erant e portubus quae *portoria* dicebantur; a pascuis quae *scripturae* (quia publicanus scribendo rationem cum pastore conficiebat, ob quod et ager scriptuarius dicitur); ex arationibus quae *decimae*.' Cic. pro leg. Man. c. 6: *Ita neque ex portu neque ex decumis neque ex scriptura uectigal conseruari potest.* Fest. s. u. *scriptuaria*. — Hoc igitur uult: Non recte dicis me Venerem publicam habuisse, immo illa me publicum habuit, quia ut publicani in agro scriptuario pecora accipiunt magnamque inde pecuniam capiunt, ita me propter meam rei familiaris obligationem quasi in pecoribus suis habuit magnamque inde pecuniam cepit. *scriptura* enim praeter uectigal publicum quod e pascuis redit etiam obligationem et syngrapham significat, per quam pecunia a trapezita accipitur: nos 'Verschreibung'. Ita Asin. II, 4, 34: *scribit nummos*. Donat. ad Ter. Ad. II, 4, 13: 'tunc enim in foro et *de mensae scriptura* magis quam ex arca domoque uel cista pecunia numerabatur'. Diniarcho autem res familia-

Di. Illa haút ego habuit públicum: peruórse interpretáris.
Nam aduórsum legem me ób meam scriptúram pecudem cépit.
Ast. Pleríque idem quod tú facis faciúnt rem male geréntis:
Ubi nón est scripturam únde dent, incúsant publicános.
Di. Male uórtit res pecuária mihi áput uos: nunc uicíssim
Volo habére aratiúnculam pro cópia hic apút uos.
Ast. Non áruos hic sed páscuost agér: si aratiónes
Habitúrus', qui ararí solent, ad púeros ire méliust.

41. haut *B*, haud *A*, aut *CD* — publicum *ACD*, pullicum *B* — peruorse *ABD*, per uorse *C* — interpractaris *A*, interp̄taris *BD*, inter p̄taris *C*. — 42. me *A*, amem *BCD* — obmeam *C* — cepit *A Charis. p.* 140 *K. Sosip. l. I. s. u. pecus*, accip̄ *B*, accipit *CD*. — 43. Plerique *Cam.;* Fieriq; *B*, Fierique *CD* — idē *B*, idest *C*, idem *D* — tufacis *CD* — rem *Z*, rei *BCD* — malegerentis *D*, malae gerentis *C*, male gerentes *B*. — 44. ubinon *C*, ubi non *D* — *D rasuram habet post* non *in qua scriptum fuerat* ē — Est *CD* — scripturam *B*, scriptura *CD* — publicanos *CD*, pullicanos *B*. — 45. male *CD* — uertit *BCD* — Res *CD* — pecuaria *priore* a *ex corr. fact. Ba* — ap̄ *B*, apud *CD* (apuduos *C*) — uiscissim *B*. — 46. uolo *CD* — aratiunculā *B*, Arati unculam *C*, Aratiunculam *D* — copia hic *Cam.;* copiae hic *B*, copię *cum duarum uel trium litt. spatio D et cum ampliore C, quale personarum notis relinquere solent.* — procopię *C* — aput *B*, apud *CD* — uos *cum spatio CD*. — 47. Non aruus *B*, nonaruus *C*, non aruus *D* — Sed *CD* — pascus est *BCD* — ager *Z*, agere *BCD* — arationes *Sarac.* rationes *BCD nisi quod* sirationes *C*. — 48. habiturus *Z*, Habituris *B in quo personae signum praecedit*, habituris *D et cum spatio C* — Adpueros *C*, Ad pueros *D* — melius est *BCD*. —

ris per scripturam obliganda erat ut Phronesio satis faceret. uid. inf. II, 1, 4. — *pecudem cepit:* 'pecora capere' non dubito quin proprie de publicanis dictum sit qui certum pecorum numerum in agro publico recipiebant. — Totum locum tractauit Vissering spec. iur. p. 28.

44. Si pecuniam non habent, publicanos, qui ea uectigalia cogunt, incusant.

45. Pergit uerbis ludere. Res, inquit, pecuaria, h. e. scriptura, male mihi euenit: missis igitur istis publicanis qui pastoribus agrum pascendum locant, ad eos publicanos accedam, qui arandum locant agrum publicum. Simul autem hoc dicit: nunc aliquantulum cubare uolo cum Phronesio. Saepe enim mulier cum agro comparatur quae aratur a uiro: apud ipsum Plautum Asin. V, 2, 24.

46. *pro copia* non intellegendum uidetur 'pro copia argenti' quam ad uos detuli sed 'pro uestra copia' h. e. quantam quidem praebere mihi potestis Aul. III, 6, 5: *gloriam pro copia;* Capt. III, 3, 14 al.

48. Ex hoc loco apparere uidetur, arandi uocabulum etsi ad omnes

Hunc nós habemus públicum sine áliis publicánis.
Di. Utrósque pergnouí probe.
Ast. Em istóc pol tu otiósus',
Quom et ílli et hic peruórsus es: sed utríscum rem esse máuis?
Di. Procáciores éstis uos, sed illí periuriósi.
Illís perit quicquíd datur neque ipsís apparet quícquam.
Vos sáltem si quid quaéritis, ebíbitis et coméstis.
Postrémo illi sunt ínprobi, uos [*né*]quam et gloriósae.
Ast. Male quae ín nos dicis, ea ómnia tibi dícis, Diniárche,
Et nóstram et illorúm uicem.

49. hunc *CD* — pullicum *B* — sine aliis publicanis *Speng.*; illi alii s̃ publicani *B*, illi alii Sunt publicani *cum spatio CD*. — 50. Personae *signum B* — utrosque *CD* — pergnoui *Speng.*; percognouit *BCD* (utrosquepercognouit *C*) — probe *Z*, trobe *BCD* (trobeidem *CD*) em istoc *Gepp.*; idẽ istoc *B*, idem Estoc *C*, idem Istoc *D* — tu otiosus *BD*, tuotiosus *cum spat. C*. — 51. Cum *B*, cum *CD* — illi *Both.*; illic *BCD* — peruorsus eẽ *BCD nisi quod* per uorsus esse *C* — utris cum *B*, utris Cum *C*, utris Cũ *D*. — 52. *Personae notam habet B*, *spatium CD* — Procatiores *B*, procatiores *D*, procatior es *C* — per iuriosi *C*. — 54. siquid *CD* — queritis *BCD* — ebibitis *Cam.*; et bibitis *B et cum spat. C*, & bibitis *D* — commestis *BC*, cõmestis *D*. — 55. *Pers. notam habet B ab initio uersus* — illisunt *C* — inprobi *B*, improbi *CD* — nequam *Z*, quam *BCD nisi quod* uosquam *C* — gloriosi *BCD*. — 56. Male quae *Speng.*; Maleque *B*, maleque *CD* — Innos *C*, In nos *D* — dicis *Speng.*; illis *BD et cum spatio C* — eaomã *C* — tibidicis *CD* — dinarche *BD et cum spatio C*. — 57. Et illorum *CD* — qui *Cam.*; quia *BCD*. —

amores pertinet, tamen κατ' ἐξοχήν de paedicatione in usu fuisse. — *qui arari* cum hiatu.

49. *sine aliis publicanis* Cist. I, 1, 66: *sola ut scias sine aliis arbitris.*

50. *pergnoui probe* Aul. III, 5, 29: *Ut matronarum hic facta pergnouit probe.* — *em istoc* u. inf. II, 4, 22.

51. *istoc* — *quom* ut Pseud. III, 2, 34: *hoc* — *quom.* — *peruorsus es*, fortasse *deuorteris* ut sit: non solum cum meretricibus rem habes sed etiam ad pueros libidinis causa ire soles. Trin. III, 2, 47: *deuorti ad Cupidinem;* Mil. II, 1, 56. — *illi*, illic, apud pueros, *hic* apud nos, apud meretrices. — *rem esse* scil. tibi. Eliditur *rem* ut passim.

52. *estis* s finale abiicit.

54. *quaeritis*, acquiritis.

56. Longe abhorret ab arte Plautina quod plerasque editiones occupauit: *Malaeque. Ast.* [*Quae*] *in nos illosque*, *ea omn. e. q. s.* Necesse est aut u. 56 totum Diniarchi esse aut u. 55 eius orrtionem claudi.

57. *uicem* Capt. II, 3, 37; III, 3, 11; Most. II, 1, 8.

Di. Qui istúc?
Ast. Rationem dícam.
Quia qui álterum incusát probri, eúmpse sapere opórtet.
Tu a nóbis sapiens níhil habes, nos néquam abste[*te*] habémus.
Di. O 'Astaphium, haut istóc modo solitá's me ante appelláre
Sed blánde, quom illuc quód aput uos nunc ést aput me habérem.
[Bona pérdidi mala répperi: factús sum extremus uóbis.]

58. Quia qui *Z*, Quia quia *B*, quiaquia *C*, quia quia *D* — Alterum *CD* — eumpse sapere *Speng.;* sumpsit seniteri *BCD nisi quod* probrisumpsit *C et* se niteri *D.* — 59. Tua nobis *BD*, Tuanobis *C* — abs tete *Gepp.:* absce *B*, abste *CD* — habemus *Z*, habeamus *BC*, abeamus *D.* — 60. O astaphium *B*, Ostaphium *CD* — haud *Z*, aut *BCD* — solita es *Z*, solita ẽ *BD*, solitaest *C* — meante *C* — appellare *Z*, appellari *BCD.* — 61. blande *Z*, biande *CD*, bi ande *B* — cum *BCD* — ap̄ *B utroque loco*, apud *CD* — apuduos *et* apudme *C* — haberẽ *B* — *Proximum uersum ex Truc. affert Prisc. p.* 609; *omittunt BCD* — extremus uobis *Speng.:* extimus a nobis *Prisc.* —

58. Legitur in Z: *se ipsum intueri opórtet.* At primum non ausim *intueri* secundae coniugationis facere, quia excepta prisca infinitiui forma *tuerier* (Amph. III, 2, 19; Most. III, 2, 154) *tueor* eiusque uerba composita tertiae coniugationis sunt apud Nostrum. Asin. I, 1, 111; II, 3, 23; III, 1, 20; Most. III, 2, 152. 150; Trin. III, 2, 82 al.; Capt. III, 4, 25 Fleck. recte *intuitur* scripsit itemque Rud. II, 4, 28 *intuor* scribendum est. Mil. IV, 6, 56 *dum te optuĕtur* non praesentis sed futuri temporis est. Bacch. IV, 2, 18 *optuere* corripitur — alii enim sunt numeri ‿—. Truc. II, 7, 41 iam Bothius *intuitur.* Deinde rectius *sapiens* respicit ad *eumpse sapere*, ut *nos nequam* ad *incusat probri.* — hiatus in censura uersus.

60. Interiectiones *o, ah, eu* al. non solum admittunt hiatum sed ne possunt quidem elidi.

61. *apud uos* defendit Herm. El. d. m. p. 156 et recte se habere uidetur, quum *apud* litteram finalem abiicere possit cf. Corss. 'Ausspr. Voc. u. Bet.' II, p. 90. Ceterum Gepp. traiecit *nunc quod est* (u. Epid. I, 1, 17). Ipse de anastrophe cogitaueram: *uós apud quod núnc est.*

Proximum uersum hoc loco ponendum esse censui, idemque Hertzio ad Prisc. l. l. probari uidetur. Post u. 37 posuerat Goellerus. — *extremus uobis* scripsi. Prisciani enim uerba sunt: *quando in 'fimus' uel 'timus' uel 'remus' desinit (superlatiuus) ut 'inferior infimus', 'ulterior ultimus', 'exterior extremus'* uel *'extimus'. Varro in chorogr.: 'huic extima fluctu e. q. s.' Plautus in Truc.: 'Bona*

Ast. Dum uíuit, hominem nóueris: ubi mórtuost, quiéscas.
Te dúm uiuebas, nóueram.
Di. An me mórtuom arbitráre?
Ast. Qui pótist amabo plánius? qui antehác amator súmmus
Habitus', nunc ad amicám meras querimónias reférres.
Di. Vostra hércle factum iniúria, quae próperauistis ólim:
Rapere ótiose opórtuit, diu ut éssem incolomis uóbis.
Ast. Amátor similist óppidi hostílis.
Di. Quo arguméntost?
Ast. Quam prímum expugnarí potist, tam id óptumumst amícae.

62. A Dum *B*, Dum *CD* — mortuus est *BCD* (ubimortuus *C*) — 63. noueram an *Z*, noueras si at *BCD nisi quod* siat *B* — mortuum *BCD*. — 64. A Qui potis est *B*, Qui potis est *D*, Quipotis est *C* — ante hac *BCD* — sum̃us *B*. — 65. Habitus' nunc *Speng.*; Habitus si istunc *B*, Habitus est istunc *CD* — adamicam *C*, ad amicã *B* — meras querimonias *Cam.*; ueruis uerimonia *B*, uerius uerimonia *CD* — referres *Speng.*; referre *BCD*. — 66. *Pers. notam habet B* — Vestra *B*, Vrã *CD* — in iuria *C* — quae properauistis olim *Cam.*; que properauit isolim *BC nisi quod* quę *C*, quę-pro perauit is olim *D*. — 67. rapere *CD* — Otiose *CD* — incolomis *BC*, incolumis *D* — uobis˙ (*sic*) *C*. — 68. similest loppidi *B*, similis est oppidi *CD* — argumentost *B*, argumento est *CD*. — 69. *Pers. not. B, spat. CD* — Quã primũ *B*, quam Primum *CD* — potist *Z*, potis est *BC* (expugnaripotis est *C*), potis ē *D* — tam id *Speng.*; amit *B*, amat *CD* — optimum est *BD*, optimumest *C* — amicae *Z*, amica & *BD*, amica et *C*. —

perd. m. repp. fact. sum extimus a uobis.' Dicit igitur *extremus* uel *extimus* quod utrumque exemplo probat. Quodsi Priscianum uulgarem formam *extremus* exemplo probasse negaueris, grammaticus ipse iam deprauatam lectionem *extimus a uobis* inuenisse putandus erit. Atque facile postquam *uobis* in *a uobis* degenerauit, aut librarius aut grammaticus *extimus* scribere et claudicantes numeros restituisse sibi uideri poterat.

62. De sententia conf. Pseud. I, 3, 18. — *quiescas*, nouisse desinas, Most. V, 2, 51: *quiesce hanc rem petere.* Gell. II, 28, 2. u. Lor. ad Most. l. l.

64. Hoc dicit: Quomodo etiam apertius mortuus esse potes? — *summus* qui summo loco habetur, quia plurima dona dat. Oppositum est *extremo* u. 62. Eodem sensu *potissumus* Men. II, 3, 11. — *referres*, sc. si te admitteremus.

66. Eadem sententia Asin. I, 3, 24. — Distinxi post *olim*, quam uocem editores cum proximo uersu iungunt. Absolute positum est *properare* ut passim. u. inf. ad II, 3, 9.

67. *incolomis*, de qua forma cf. Schuchardt Vulgaerlatein II, p. 149 sq.

68. hiatus in caesura uersus. — *quo argumentost?* quam ob caussam? — Etiam meretrix cum oppido comparatur Cist. I, 1, 82.

Di. Ego fáteor, sed longe áliter est amícus atque amátor.
Certe hércle quam uetérrumust, tam homini óptumust amícus.
Non hércle occisa súnt mihi etiám[*dum*] fundi et aédis.
Ast. Quor, óbsecro, ergo ante óstium pro ignóto alienoque ádstas?
I intro: haut alienus tú quidem's: nam ecástor neminem hódie
Mage amát corde atque animó suo, si quídem habes fundum atquę aédis.
In mélle sunt linguaé sitae uostrae átque oratiónes,
Facta átque corda in félle sunt sita átque acerbo acéto.

70. ego *CD* — Sed *CD* — aliter *CD*, alit̃ *B*. — 71. certe *CD* — hercle *om. Da, add. Db* — quam ueterrumust *Speng.:* quam ue(te)rrimus *Ba*, quam uet̃rimus *D*, quamueterrimus *C* — tam homini *Speng.: Stud.;* a momini *B*, A-momini *C*, amomini *D* — optimus *BCD*. — 72. nonhercle *C*, non hercle *D* — occisa sunt *Speng.;* occide sunt *BCD* — etiamdum *Speng.*; etiam *BCD* — Fundi *CD* — edis *B*, ędis *D*. — 73. Cur *B*, cur *CD* — ergo *Z*, ego *BCD* — hostium *D* — ignoto *Z*, ignato *BCD* (proignato *C*) — alieno que *B*, alieno Quę *CD* — astas *BCD*. — 74. I intro haud *Z*, Intro aut *B*, intro aut *CD* — quidem es *Z*, quidem eẽ *BD*, quidem esse *C* — name castor *B*, namecastor *C* — Hodie *CD*. — 75. mage *CD* — animosuosiquidem *C* — siquidem *B* — habesfundum *C* — Atque *CD* — aedis *C*, ędis *D*, edes *B*. — 76. In melle *A*, In melie *B*, inmedie *C*, in medię *D* — sunt *ACD*, s̃ *B* — lingue site *B*, linguę sitę *C* — uostrae *A*, urẽ *B*, urę̃ *C*, ur̃ae *D* — atq· *A*. — 77. Facta atq. *A*, Fac atq; *B*, uacatque *C*, uacatq *D* — Corda *CD* — in felle ŝ sunt *pallido supra* s *puncto A*, belles̃ *B*, bella sunt *CD nisi quod* Cordabellasunt *C* — atq. *A* — acerbo *A*, aceruo *BCD*. —

70. ***aliter*** ferri potest coll. Trin. I, 2, 9: ***sin aliter es;*** Men. I, 1, 24: ***itast adulescens*** al. sed admodum arridet ***alter***, coniectura Acidalii quem uide.

72. ***occisa sunt*** Men. III, 2, 46: ***occisast haec res;*** Pseud. I, 5, 8; Capt. III, 4, 7; Bacch. IV, 4, 30 al. — ***occidua sunt*** Geppertus. — ***etiamdum*** u. inf. II, 2, 66; Mil. IV, 2, 2. ***etiamdum*** enim ponitur cum uerbo negatiuo, ***etiamnunc*** cum positiuo. — Fundorum et aedium mentionem ex abrupto facit Diniarchus, quia subito ei in mentem uenit, hoc se modo optime conciliaturum esse Phronesium. cf. u. 84.

76. ***melle — felle*** Poen. I, 2, 182: ***mel huius, fel meum;*** Cist. I, 1, 70: ***amor et melle et fellest foecundissumus.***

Eo dícta língua dúlcia datis, corde amara fácitis.
Amátis, inquam, quód datur: non dídici fabulári.
Ast. Non ístaec, mea benígnitas, decuít te fabulári,
Sed istós qui cum geniís suis bellígerant, parciprómos.
Di. Malá's adque eadem quaé soles inlécebra.
Ast. Ut exspectátus
Peregre áduenisti!
Di. Num, óbsecro, cupiébat me era uidére?

78. Eo dicta lingua *A*, Ainguis dicta *B*, linguis dicta *CD* — dulcia *ACD*, dulci *cum rasura in qua a scriptum erat* B — Datis *CD* — amara *A*, amare *BCD* — facitis *A*, factis *BCD* (amarefactis *D*). — 79. Amatis inquam quod datur *Speng.;* Amantisicuinquod dabo non est *A*, *punctum supra* n *ab ipsa prima manu additum uidetur*, Amantis siquit non danunt *B*, amantis siquidnondanunt *C*, amantis siquid ñ danunt *D* — non didici *AB*, nondidici *C*, ñdidici *D* — fabulari *A*, fabulare *B*, Fabulare *CD* — 80 et 81, qui uulgo Diniarcho tribuuntur, Astaphio trib. *Speng.; Stud.* — 80. non *CD* — istaec *A*, istec *BCD* (nonistec *C*) — decuit *A*, docuit *BCD* — docuitte *C* — fabulari *ABCD*. — 81. sed *CD* — Quicum *C*, Qui cũ *D* — geniis *A*, genis *BCD* — parcepromis *A*, o *litterula primae manui debetur, quinta littera aut* e *aut* i *fuit*, parce promi *BCD*. — 82. Mala es *AB*, mala es *D*, malaes *C* — adq· *A*, atque *BCD* — eadem quae *A*, eademq; *B*, eademque *CD* — Soles *CD* — inlecebra *A*, inlecebru *BD*, inlecebrii *C* — ut exspectatus *A*, ut expectatus *BC*, ut expectatus ut expectat' *D*. — 83. peregre *CD* — *Personae notam addidi* — Num *Speng.;* nam *ABCD* — Cupiebat *CD* — me *Speng.;* te *ABCD*. —

79. Incertissima est emendatio. Pro *fabulari* Goellerus *philosophari* coll. Merc. I, 2, 36. Hoc quidem certum, male plerosque editores actiuam formam *fabulare* seruasse, locum corruptum altero corrupto defendentes Mil. II, 4, 18, ubi *fabulem BbCD*, *fabulet Ba*, *fabuler A*, neque Rit. *fabulem* suadere debebat Mil. II, 5, 33 (praef. Stich. p. 17).

80 81. *mea benignitas* in blanditiis est ut *mea festiuitas* Cas. III, 3, 14; *mea commoditas* Men. I, 2, 28; Poen. I, 3, 12; *mea amoenitas* Poen. I, 2, 152; *mea opportunitas* Men. I, 2, 28. — Hoc dicit: istaec uerba non te decent, qui semper benignus fuisti, sed parcipromos istos, quibus meretrices odio sunt. — *geniis* u. Pers. II, 3, 12; Stich. IV, 2, 42.

83. Vulgo totus uersus Astaphii est. At non ponitur *obsecro* nisi aut cum interrogatione aut cum imperatiuo.

Ast. Quid tándem? te unum ex ómnibus amat.
Di. Eúge fundi et aédis,
Per témpus subuenístis: sed quid aís, Astaphium?
Ast. Quíd uis?
Estne íntus nunc Phronésium?
Ast. Utut áliis, tibi quidem íntust.
Di. Valétne?
Ast. Immo edepol mélius iam fore spéro, te ubi uidébit.
Di. Hoc nóbis uitium máxumumst: quom amámus tum perímus.
Si illúd quod uolimus dícitur, palám quom mentiúntur,
Verum ésse insciti crédimus, ne *eas incendamus* íra.

84. Quid tandem *A*, Quit tandem *B*, quidtandem *C*, quid tandē *D* — *Pers. spat. post* tandem *A* — teunum *D* — ex omnibus *BD*, exomnibus *C*, e nominibus *A* — amat *BCD*, addit *A cum pers. spat. sed incertis* dd *litteris* — Euge *CD* – fundi *A*, funde *BCD nisi quod* Eugefunde *D* – aedis *C*, ędis *D*, edis *B*, aedes *A*. — 85. pertempus *CD* — subuenistis *A*, subuenistis mihi *BCD nisi quod* subbenistis *B* — quid ais *ACD*, quit ait *B* — astaphiū *B*, Astaphium *D et cum spatio C* — quid uis *A*, ut quid uis *BCD quae uerba in B nouum uersum occupant: in CD uerbis* Astaphium ut quid uis *nouus uersus tribuitur.* — 86. Est ne *BD*, Estne *C*, Estine *A* — pronesium *AB*, prunesium *CDa*, brunesium *Dc* — utut aliis tibi *A*, tibi *BCD* — quidē *D* — ītus *uel* īntust *A*, intus *BCD*. — 87. Valetne *A*, Valet ne *B*, ualete *CD* — Edepol *CD* — iam *BCD*, eam *uel* iam (*uel* tam) *A* — fore spero *A*, credo fore *BCD* — te ubi uideret *A sed incertis* te *litteris*, ubi te uidebit *B*, ubite uidebit *CD*. — 88. Hocnobis *C* — uitium *A*, uitiū *B*, uicium *CD* — maxumū est *B*, maxumum si *A*, maxumumest *C*, maximum est *D* — cum *ABCD* — cumamamus *C* — tum *ABC*, tunc *D*. — 89. Siillud *C* — uolimus *A*, uolumus *BCD* — cum *ACD*, quū *B* — cummentiuntur *C*. — 90. Verumesse *C* – ne eas incendamus ira *Speng:* neuiasuiamurira *A*, *quarta littera fort.* e (*uel* t), *octaua* t *fuit*, ne uti nestu mutuamurira *B*, ne ut inestumutuamur ira *C*, neut inestu mutuantur ira *D*. —

84. Personae sic distribuebantur: *Di. Quid tandem? Ast. Te unum ex omn. amat.* — Intellege: Quo modo quaerere potes, an te uidere cupiat? immo te unum ex omnibus amat. Ita Bacch. II, 2, 28: *ecquidnam meminit Mnesilochi? Pi. Rogas? Immo unice unum plurumi pendit.*

85. *subuenistis* abiicit s finale; item *melius* u. 87.

87. *melius fore* sc. *ei.* Cist. I, 1, 75: *erit isti morbo melius.*

90. *incendamus ira* scripsi coll. Asin. II, 4, 14: *qui semper me ira incendit;* Pseud. I, 2, 66: *nimis sermone huius ira incendor.* Cf. etiam Mil. II, 6, 94: *ne iratus esset.*

Ast. Heia, haút itast res.
Di. Aín tu eam me amáre?
Ast. Immo unice únum.
Di. Peperísse audiui.
Ast. Ah, óbsecro, tace Díniarche.
Di. Quíd iam?
Ast. Horrésco misera, méntio quotiéns fit partiónis.
Ita paéne nulla síbi fuit Phronésium: i intro amábo.
Vise íllam atque opperímino: iam exíbit, nam lauábat.
Di. Quid aís tu? quae nunquám fuit praegnás, qui parere pótuit?
Nam equídem uterum illi quód sciam nunquam éxtumere sénsi.

91. haud *A*, aut *BCD nisi quod* t *ex* a *fact. Ba* — itast *A*, ita est *BCD* — ain tu eam me amare *A*, an intume amaret *B*, anintute amaret *C*, anıNtute amar& *D'* — unū *A*. — 92. audiui *A*, eam audiui *CD*, eam audi ue *B* — diniarche *BC*, diniarhe *A*, dimarche *D* — iam *A*, eam *BC*, eā *D* — quideam *C*. — 93. Horresco *A*, Horrisco *BD*, Horris co *C* — misera mentio quotiens fit partionis *A*, misera sentio qđ diis fit parationis *BÇD nisi quod* quoddiis *C*; misera mentio quod fit partionis *Non. p.* 218; miseram mentionem quotiens fit partionis *Prisc. p.* 710. — 94. ita *CD'* — paene nulla sibi *A*, pene tibi *B*, pene Tibi *CD* — Tıbifuit *C* — phronesium *AD et cum spatio C*, pronesium *B* — i intro amabo *A*, intro amabo *CD*, intro mamabom *B*. — 95. Vise *A*, Visse *BCD* — illā *D* — atq' *A* — opperimino *A*, operire ibi *BCD* — iam *ABC nisi quod* ibiiam *B*, lā *D* — exibit *A*, exiuit *BCD* — lauabat *A*, lauabit *BC*, laudabit *D*. — 96. tu quae *A*, lique *B*, liquę *CD* — nunquam *A*, nūquam *CD*, nū quam *B* — praegnas *A*, pregnas *B*, quam pregnas *C*, quā pregnas *D* — quiparere *C*. — 97. ut aerū illi *B*, ut erum illi *C*, ut ęrum illi *D*, illi uterum *A* — sciam *A*, scias *BCD* — erumilliquodscias *C* — nunquam *A*, nūquam *B*, numquam *CD*. —

92. *ah* cum hiatu.

94. *paene nulla sibi fuit*, paene mortua est, cf. Cas. III, 5, 1; Merc. I, 2, 104; II, 3, 135 al. — Noli pronunciare *í ĭntro*, sed elidendum *i* ut semper ante *intro*. Duplici autem elisione ne offendaris, conferre licet Trin. III, 2, 84.

95. *opperimino* Epid. V, 2, 30: *arbitramino*; Pseud. III, 2, 70: *progredimino*. — Ceterum ut *ŏperire* 'tegere, claudere' semper corripitur, ita *ōpperiri* 'exspectare' semper produci constat. Quare Stud. Brix. recte Men. II, 3, 1 anapaestos fecerunt. — *exibit* scil. ex cubiculo balneari. Nam in ipsis aedibus non ante aedes opperiri Diniarchum apparet ex u. 103—106.

Ast. Celábat metuebátque te, ne tú sibi persuadéres,
Ut abórtioni operám daret puerúmque ut enicáret.
Di. Tum pól istic est pueró pater Babylóniensis míles,
Quoius núnc ista aduentum éxpetit.
Ast. Immo ádeo ut nuntiátumst,
Iam hic ádfuturum aiúnt eum: nondum áduenisse míror.
Di. Ibo ígitur intro?
Ast. Quíppini? tam audácter quam domum ád te.
Nam tú quidem edepol nóster es etiámnunc Diniárche.
Di. Quam móx te huc recipis?
Ast. Iam híc ero: propést profecta quó sum.
Di. Redi uéro actutum, ego ínterim hic apút uos opperíbor.

98. metuebatq· te ne tu *A*, metuebat que teu aut *B*, metuebat que te aut *CD nisi quod* quete *C*. — 99. ut *CD* — Operam *CD* — puerumq· *A* — ut enicaret *A*, litene caret *BD*, lite necaret *C*. — 100. tumpol *D*, dumpol *C* — istic est puero *Speng.; Stud.;* isti est puero *A*, isti puero quid est *BCD nisi quod* Est *CD et* polisti *B* — pataer *C* — babyloniensis *uel* babil. *A*, babiloniensis *BCD*. — 101. quoius *A*, Cuius *B*, cuius *CD* — istaaduentum *C* — expetit *A*, expetiti *BD*, expetiit *C* — Immo *CD* — adeo *Z*, abeo *ACD*, abeæ *B* — nuntiatum est *A*, nuntatust *BC*, nunciatust *D*. — 102. iamhic *C*, iam hic *D* — Aduenisse *CD* — miror *A*, moror *BCD*. — 103. iboigitur *C*, ibo igitur *D* — tam audacter *A incerta secunda littera*, quam audacter *C*, quã audacter *D*, quã aut daeter *B* — Domum *CD* — adte *C*, atte *AB*, at te *D*. — 104. nam *CD* — tu quidem edepol *A*, tu edepol *B*, tuedepol *CD* — noster *ACD*, nẽr *B* — es etiamnunc *A*, set iam nunc *B*, sed iamnunc *C*, sed iã nunc *D* — dini arche *B*, diniarche *C*, dimarche *D*, diniarhe *A*. — 105. Quammox *C* — te huc recipis *A*, te recepisti *B*, terecepisti *C*, te recepis tu *D* — iamhic *C* — propest *A*, prope est *BCD nisi quod* croprope est *C* — sũ *A* — profectaquosum *C*. — 106. Redi *A*, Rede *B*, Redde *CD* — uero actutum *BC*, uero ac tutum *D*, uerfactutum *A incertis* 4, 5, 6, 7 *litteris, sed* 4 *non fuisse* o *constat* — hic aput *A*, te ap̃ *B*, te apud *CD* — nos *Da*, uos *Db* —′ opperibor *A*, apperibor *BC*, aperibor *D nisi quod* interimte apuduosapperibor *C*.

99. Abortione puer enicatur: quare non egemus Bothii *puerumue*.

103. *atte ABD*, item infra II, 4, 18; II, 7, 25; IV, 2, 6; 38; IV, 3, 8; IV, 4, 30; V, 29.

104. *noster es*, familiaris es. inf. V, 61; III, 3, 25; Bacch. III, 3, 39 al.

105. *iam hic ero*, dictio frequens ut Amph. III, 3, 14; Aul. I, 3, 11; 26; Men. I, 3, 31; I, 4, 7 al. — *profecta quo sum*, quo ire inceperam. Acid. confert Aul. I, 2, 40; Trin. III, 2, 2; Ter. Eun. II, 2, 49. Proficiscitur ad Strabacis aedes quae e regione positae sunt.

106. Licet etiam *hic áput uos* cum hiatu in caesura uersus.

ASTAPHIVM.

Ha ha hé requieui quía intro abiit odiúm meum. II, 1.
Tandém sola súm: nunc quidém meo arbitrátu
Loquár liberé quae uolam ét quae lubébit.
Huic hómini amanti meá era aput uos néniam dixít bonis.

ZASTRAPHIṼC· *B, omitt. ACD et unam lineam uacuam relinquunt CD.* — 1. hahahae *Goell.*; ha *priori uersui adiectum A*, Hahaha *C*, aha ha *cum spat. init. D*, ṼI Ha· ha· ha· *B* — Requieui *A*, ercle quieui *BCD nisi quod* hercle *D* — intro abiit odium meum *A*, introa uit hodiū *B*, intro iuit odium *cum spat. post* iuit *C*, introiuit odium *D* — odiumtandemsolasum *C.* — 2. Tandem *B*, tandem *CD* — Nunc *CD* — quidē *D.* — 3. loquar *CD* — quae uolam *A*, quē uolam *B*, quę uolam *C*, quę uolā *D* — et quae lubebit *Z*, et quae licebit *A*, et que iubebit *B*, et quęiubebit *C*, & quę iubebit *D.* — 4. homini *A*, hominem *C*, hominē *BD* — amanti me era apud nos *CD*, amanti meer ap̄ nos *B*, aput nos mea era amanti *A* — neniam dix̄ *B*, nneiam dixit *A*, dixit neniam *C*, dixit neniā *D* — bonis *Speng.*; de bonis *AB*, debonis *CD* — *Festus p.* 161 *haec affert:* huic homini amanti mea hera dixit domi et apud nos de bonis neniam esto. —

II, 1, 1. *hahahe.* Pseud. IV, 5, 1 in A leguntur: *hahaé nunc demum mihi ánimus in tutó locost*, ubi *hahe* BCD. Neque uero *hahae* recipiendum uidetur sed Pseud. potius uersu *hahahe* corrigendum quia et Pseud. IV, 1, 36 et Poen. III, 5, 23 *hahahe* traditum est et ea sola forma utitur Terentius. — In A *hahe* u. 106 adhaeret atque *requieui* et *quia intro abiit odium meum* singulos uersus occupant, unde hos numeros tuetur Stud.:

hahaé requiéui
Quia íntro abiit odiúm meum.

Ego senarium feci. *quia intro* licere constat quamquam etiam *quom intro* scribere possis. — *odium meum* infr. II, 2, 65; Poen. I, 2, 139: *ecce odium meum.* — Ceterum inepte ab hoc uersu editores actum secundum incepisse Bothius monuit.

2. 3. Numeros bacchiacos primus intellexit Geppertus. Sed non debebat traicere *meo* [*e*]*quidem:* eliditur *meo* ut passim.

4. Non potest bisyllabum esse *neniam.* Vid. Rit. Prol. p. 160. Traiecit Gepp.: *neniam apud nos dixit de bonis.*

Nam fúndi et aedis óbligatae súnt ob amoris praédium.
Verum áput hunc méa era súa consilia súmma eloquitur líbere,
Magisque ádeo consiliárius hic amícust quam auxiliárius.
Dum fúit dedit: nunc níhil habet, quod habébat nos habémus.
Iste íd habet quod nos hábuimus: humánum facinus fáctumst.
Actútum fortunaé solent mutári: uaria uítast.
Nos díuitem istum méminimus adque íste pauperés nos.
Vortérunt sese mémoriae: stultús sit qui id mirétur.
Si egét, necessest nós pati: amáuit, aequom ei fáctumst.

4. fundi et aedes *A*, fundit aedis *BC*, fundis hędis *Da*, fundit hędis *Dc* — obligateš *B*, obligate sunt *C*, obligatę sunt *D* — amoris praedium *A*, moris prandium *BCD nisi quod* obmoris *C*. — 5. uerum *CD* — aput *AB*, Apud *CD* — mea era *A*, meaera *B*, me era *CD* — sua consilia *A*, consilia *BCD* — summa eloquitur *AB*, summę loquitur *CD*. — 6. Magisq· *A*, magisque *CD* — adeo *A*, adeo ei *B*, Adeo ei *CD* — amicust *A*, amicus ẽ *B*, amicus est *CD* — quam *A*, q (*h. e.* qui) *B*, quod *CD* — auxiliarius, *septima littera a ex* r *facta Da*. — 7. nihil *ABC*, hihil *D*. — 8. Iste *A*, Istinc *BCD* — idhabet *C* — facimus *B* — factust *A*, factum est *BD*, factumest *C*. — 9. Attutum *B*, Ac tutum *C* — fortune *BC* — mutari *A*, mutauit *BCD* — uitast *A*, uita est *BC*, uita ẽ *D*. — 10. nosdiuitem *C*, nos diuitem *D* — istum *A*, eum *B*, Eum *BC* — me minimus *C* — atq· *A*, atque *BCD* — iste pauperes *A*, isti pauperes *B*, istipauperes *CD*. — 11. uorterunt *D*, Verterunt *AB*, uerterunt *C* — sese *add. Dc* — memoriae stultus sit qui id miretur *A*, memoria est uitus sit quid ita miretur *BCD nisi quod* memoriast Vitus *CD*. — 12. sieget *C*, si eget *D* — necessest *A*, necesse est *BD*, necesseest *C* — pati amauit aequm ei factum est *A incertis* m ei *litteris;* patiar a uita aequum me factum est *BCD nisi quod* nospatiar *C*, auita *CD*, Aequum *CD*, eqũo *B*, mefactum est *C*, me factũ est *D*. —

4. *amoris praedium*, amoris obligationem.

6. Syllaba anceps in caesura uersus.

8. *quod nos habuimus* h. e. nihil.

9. Ex tragoedia sumptus esse potest hic uersus.

11. *memoriae*. Posthac nos istum pauperem meminerimus et iste nos diuites meminerit. — *miretur*. Olim *admiretur* scribi solebat quo uerbo composita non utitur Noster. Prologi enim sunt Amph. prol. 89 et 116 et corruptum est Epid. V, 1, 21. Contra *demiror* frequentatur.

12. hiatus in caesura uersus.

Piáculumst miserére nos hominúm rem male geréntum.
Bonis ésse oportet déntibus lenám probam:
Adridere ut quisque ueniat blandeque adloqui: male corde consultare,
Béne lingua loquí. meretricem séntis similem esse áddecet,
Quémquem hominem attigerít, profecto ei aút malum aut dampnúm dari.

13. piaculumst *A*, Pilaculum est *B*, piaculum est *C*, piaculū est *D* — miserere nos *Speng.; Stud.;* misereri nos *ABC*, misererinos *D* — rem male *Z*, rei male *AB*, Reimale *C*, Rei male *D* — gerentum *AB*, gerentium *CD*. — 14. bonis *CD* — lenā *D* — probam *A*, probram *BCD*. — 15. Adridere *ABCD* — ut quisq' *A*, quisquis *B*, quis quis *CD* — blandeq' *A*, blande quē *B*, blandeq *D* — adloqui *AB*, alloqui *CD* — Male *B* — consultare *A*, consultari *B*, Consultari *CD*. — 16. bene *BCD* — lingua loqui *A*, loqui lingua *BD*, loquilingua *C* — meretricē *D*, Meretricem *B* — sentis similem esse addecet *A*, esse similem sentis condecet *BCD nisi quod* similē *D*. — 17. Quemquem *A*, Quēquem *B*, Quem quem *C*, Quē quem *D* — attigerit *A*, attingerit *BCD* — ei aut *A*, aut *BCD* — damnum *A*, dampnum *BCD* — Dari *CD*. —

13. *miserere* scribendum erat efflagitantibus numeris. Praeterea ualde dubito, an Plautus praeter *miseret me* etiam *misereor* in usu habuerit. Nam Pseud. I, 3, 144: *qui me tui misereri postulas* facile *miserere* scripseris et Capt. III, 5, 107: *neminis misereri certumst, quia mei miseret neminem* eo confidentius *miserere* (scil. *me*) repono, quod inter se opponuntur (*me*) *miseret neminis* et *mei miseret neminem*, quo in genere non solet uariare sermo Plautinus. — *rem*. Non debebat *rei* defendere Holtz. synt. I. p. 337.

14. In A uersuum distributio cum eo quod supra posui exemplo conuenit, unde post senarium hosce numeros elicias:

'Adridere ut quísque ueniat
Blándeque adloqui
Male córde consultáre,

quibus transitus paretur a numeris iamb. ad. troch. Neque uero neglegendum, etiam scriptorem cod. B, qui rectam uersuum distributionem a u. 1 usque ad u. 13 seruauit, u. 14 eodem uerbo (*probram*) terminare. (Proximis uersibus in B haec uocabula finem faciunt: *lingua — condecet*; sequitur: *Quemquem hom. att. profecto aut malum aut causam noscere* et nouam lineam occupat *damnum dari;* proximae lineae sunt: *Nunquam am. am. meretr. oportet:* reliqua cum A conueniunt.) Nihilo minus dubitare licet de his numeris et magis placeant duo tetr. iamb. deleto *blandeque*. — *bonis dentibus*, non quibus comedat bona amatorum neque idem est atque *pulchris* sed proprio sensu, quibus semper uti possit ad adridendum amatoribus. — *bonis* monosyll.

Núnquam amatorís meretricem opórtet causam nóscere,
Quín ubi nihil det, pro ínfrequente eum míttat militiá domum.
Néque umquam erit probus quísquam amator nísi qui rei inimicúst suae.
Dúm habet tum amet: úbi nihil habeat álium quaestum coépiat.
Aéquo animo ipse sí nihil habeat, áliis qui habent dét locum.
Núgae sunt, nisi módo quom dederit, dáre iam lubeat dénuo.
'Is amatur hic áput nos, qui quod dédit id oblitúst datum.

18. Nunquam *A*, Nũquam *B*, numquam *C*, nũquam *D* — amatoris amatoris *B* — causam *ACD*, causã *B* — *Ceterum B hoc ordine:* aut malum aut causã noscere dampnum dari Nũquam amatoris amatoris meretricem oportet Quin, *sed rectum uerborum ordinem iam Ba signat.* — 19. eum mittat *A*, cum mittas *BCD*. — 20. Neq· umquam *A*, nec umquam *B*, Nec umquam *CD* — erit probus quisquam *A*, quisquam probus erit *BCD* — quirei *C* — inimicust *AB*, Inimicust *CD* — sue *B*, suę *CD*. — 21. 22. 23. 24. *hoc ordine A*, 23. 24. 21. 22. *BCD* — dum *CD* — habet *Gepp.;* habeat *ABCD* — nihil habeat *BCD nisi quod* ubinihil *C*, nihil habet *A* — Alium *CD* — quaestum *A*, questum *BC*, quęstum *D* — coepiat *A*, cępiat *BCD*. *Totum uersum sic habet Non. p.* 89: dum abeam quodam et ubi nihil coepiam. — 22. aequo *CD* — nihil *A*, nil *BCD nisi quod* sinil *C* — Aliis *CD* — quihabent *C* — det *A*, dent *BCD* — locum *cum spat. C*. — 23. Nugae *A*, Nuge *B*, nuge *C*, nugę *D* — modo quom *Both.;* qui modo cum *A*, quodo modo cum *B*, quod amodo cum *CD nisi quod* qđ *D* — dederit *BCD*, diberit *ut uidetur A* — Dare *D* — iam *add. Dc*, Iam *C* — libeat *A*, iubeat *BCD*. — 24. is *CD* (denuois *C*) — aput *A*, apud *BCD* — qui quot dedit *A*, quid quod edit *B*, quid quodedit *C*, qui quod ędit *D* — id oblitust *A*, iobiatus *B*, Iobatus *CD*. —

18. Nunquam cum amatore alio modo agere debet, quin si nihil det eum dimittat. — *causas noscere* dicebantur magistratus, cum excusationem illorum ciuium audiebant, qui militiae uacationem sibi uindicabant Liu. III, 6; XXXIV, 56; XXX, 24 al. Vide Gron. lect. Plaut. § 8.

19. *infrequens* miles dicebatur qui aberat a signis. Gell. XVI, 4; conf. Gron. l. l. — *mittat domum:* 'inter poenas militares erat contumeliosa missio, cuius rei exemplum nobile apud auctorem de bello Africano, qui commentariis Caesaris solet adiungi c. LIV.' *Gron.*

20. *néque umquam* vid. Brix. praef. Trin. p. 16.

21. *alium quaestum coepiat*, ex sermone uulgari dictum, nos: 'ein anderes Geschaeft anfangen.' — *dúm habet* et *túm amet* cum hiatu ut proximo uersu *quí habent.*

23. *nugae sunt,* nihil est. infr. IV, 2, 55 al. Similis est sententia Pseud. I, 3, 72.

24. Non opus est ut traiiciamus: *ís hic amátur* (quod licere constat.

Próbust amator quí relictis rébus rem perdít suam.
At nós male agere praédicant uirí solere sécum
Nosque ésse auaras. quí sumus? quid est quód male agimus tándem?
Nam ecástor numquam sátis dedit suae quísquam amicae amátor.
Neque pól nos satis accépimus neque umquam úlla satis popóscit.
Nam quándo sterilis ést amator áb datis,
Si négat se habere quód det, soli crédimus.
Nec sátis accipimus, sátis quom quod det nón habet.
Sempér datores nóuos oportet quaérere

25. Probus est *AB*, probus est *CD* — Relictis *CD*. — 26. At *B*, at *CD*, ad *A* — p̃dicant *CD* — Virisolere *C*, Viri solere *D*. — 27. Nosq· *A*, Nosque *B*, nosque *CD* — qui sumus quid est quod male *A*, qui si numquã alenos *B*, qui sim umquam Alienos *CD nisi quod* quisim *cum spat.* *C* — tãdẽ *A*. — 28. nam *CD* — numquam *A*, nũquam *BD*, numquam *C* — suae quisquam amice amator *BCD nisi quod* suc *B*, Suę *C*, Suae *D et* quisquã *D*; amicaẽ (*sic*) quisqui amattor suae *A*. — 29. Neq· *A*, neque *CD* — pol nos *A*, pol *BCD* — neq· umquam *A*, neque *B*, Neque *CD* — ullasatis *C* — poposcit *cum spatio C*. — 30. namquando *C*, nã quando *D* — ab datis *A*, a datis *B*, Datis *CD*. — 31. sinegat sehabere *CD* — quod det *A*, quod & *BD*, quodet *C* — soli credimus *A*, soli *BCD*. — 32. nec *CD* — accipimus *ABD*, accepimus *C* — Satis *CD* — cum *ABCD* — nonhabet *C*. — 33. semper *CD* — Oportet *CD* — quaerere *A*, querere *BCD*. —

uid. ad I, 2, 15) sed producitur *amatur* ut *loquar* Amph. prol. 38; II, 1, 9; *Juppitér* Amph. prol. 94; *insupēr* Merc. IV, 2, 2 al. Vid. Wagner Mus. Rh. n.

25. *relictis rebus*, quam celerrime et quam maxime Epid. IV, 2, 35; Stich. II, 2, 38 al.

27. Corripe *ĕst*.

28. Ex *A* recensione deleto *suae* in promptu est: *amícae quisquam amátor*.

29. *neque umquam:* de numeris uide u. 20.

30—34. Horum uersuum initia in *A* maiore spatio a margine remota sunt, quod supra imitatus sum.

31. Recte se habet *si nĕgăt se* coll. Capt. III, 4, 39; Ter. Phorm. II, 3, 5; et priorem in arsi habet *negat* Cas. III, 3, 10: *Si néget adesse;* Cist. IV, 2, 73; Asin. II, 4, 46. — *soli credimus* h. e. non opus est ut testibus confirmet. Iocus a foro petitus.

32. Hic uersus hauscio an rectius post u. 29 legatur.

33. *nouos* monosyllabum.

Qui dé thensauris íntegris demum óggerunt.
Vélut hic est aduléscens qui habitat híc agrestis rústicus.
Nímis mortalis lépidus nimisque próbus dator: sed is clám patrem
'Etiam hac nocte illá per hortum tránsiit ad nos: eum uolo
Cónuenire. séd est huic unus séruos uiolentíssumus:
Qui ubi quámque nostrarúm uidet prope aédis adgredíri,
Item út de frumento ánseres clamóre absterret ábigit.
Itást agrestis: séd fores quicquíd futurumst fériam.
Ecquis huíc tutelam iánuae gerit, écquis intus éxit?

34. Qui dethen auris *B*, quidethensauris *C*, quin dethensauris *D*, De thensauris *A* — demum oggerunt *A*, demus danunt *B*, demus Danunt *CD*. — 35. Velut *A*, Vi ut *B*, ui ut *CD* — hic est adulescens qui habitant hic agrestis rusticus *A*, hic agrestis est adulescens qui hic habit *BCD* ***nisi quod*** adolescens *D*, quihic *C*, abit *CD*. — 36. Nimis *A*, Nimis pol *BCD* — nimisq· *A* — probus ***cum spat.*** *C* — dator *Z*, datur *BCD*, amator *A* — sed is *A*, Sed is *B*, Sedis *CD* — patrem *A*, pater *BC*, pat̃ *D*. — 37. Etiam *A*, etiam *BCD* — nocte illa *A*, noctem illac *BC*, noctẽ illac *D* — Per *BCD* — transit *A*, transiliuit *BD* ***et cum spat.*** *C* — adnos *C*. — 39. Conuenire *A*, conuenire *BCD* — sed *A*, Sed *BCD* — huic *BD* ***et cum spat.*** *C*, hic *A* — seruus *ABCD* — uiolentissimus *AD*, uiolentis simus *C*, uiolentissumũ *B* — quamq· *A*, quãque *BD* — aedis *AC*, edis *B*, ędis *D* — adgrediri *A*, hac si adgredias *B*, hacsiagredias *C*, hac si agredias *D*. — 41. ut de *A*, uide *BC*, ui de *D*. — 42. ita est *A*, Is item est *BCD* — quicquid futurum est *Both.*; quidquid est futurum *A*, quicquid est futurum *BCD*. — 43. tutulā *B* — ianuae *A*, ianue *BCD* — ec quis *BC* — exit *A*, exit ancilla *BCD*.

34. *demum* auget uim adiectiui ut Most. III, 2, 156; etiam pronomini adiungitur Capt. I, 2, 20; V, 4, 3; Bacch. V, 1, 13.

36. Abiicitur *s* finale in ***nimis*** et ***probus***. — ***lepidus*** semper laudantis est. — ***sed is***. Intellege: non solum probus dator est sed etiam hac nocte ad nos transiit.

37. *transiit*, cf. Fleck. J. J. 1850. p. 23.

39. *unus* uide Brix. ad Capt. 858.

41. ***absterret abigit*** cf. Men. II, 2, 67: ***se adplicant adglutinant*** al.

43. *ecquis* — *ecquis*, Bacch. IV, 1, 9; 10.

STRATVLLAX. ASTAPHIVM.

Str. Quís illic est qui tám proterue nóstras aedis árietat? II, 2.
Ast. 'Ego sum, respice ád me.
Str. Quid, 'ego'?
Ast. Nón uides?
Str. Video: ém tibi.
Quíd tibi ad hasce accéssio aedis ést prope aut pultátio?

TRVCVLENTVS ASTAPHIVM *A*, ASTAPHIVM TRVCVLENTVS· *B*, *omittunt CaD*, Actus 2: 2 *add. Cb.* — 1. quitam *C* — propterue *A*, proterue *B*, propter ue *C*, proteruę *D* — aedis *ABC*, ędis *D* — arietat *ABD*, erietat *C*. — 2. Egosum *C* — respice ad me *BD*, respice adme *C*, respic ad me *A cum pers. spat.* — quidego *C* — A. non uides? S. Video: em tibi *Speng.;* nonne uideor tibi *A incertis* 1, 3, 6, 7, 9, 10 *litteris;* nonne ego uideor te tibi *BCD nisi quod* tetibi *C*. — 3. ad hasce *A*, ab asce *B*, abhasce *C*, ab hasce *D* — aedis est *A*, est aedis *BCD nisi quod* edis *B* — pultatio *A*, pultatiost *BD*, pultatio st *C*. —

Stratullax. De nomine uide praef.

1. *arietare* cum accusatiuo, quae constructio ut posteriore tempore apparuit (*aciem arietare* Nazar. Paneg. Const. c. 23), ita priscis quoque temporibus in usu fuisse potest. Quare non ausim *in nostras aedis* scribere cum Goellero.

2. Locus simillimus est Amph. IV, 2, 1: *M. Quis ad fores est? A. Ego sum. M. Quid, 'ego sum'? A. Ita loquor. M. Tibi Iuppiter Dique omnes irati certo sunt qui sic frangas fores.* Apparet hoc ita dictum esse quasi '*ego sum*' nomen proprium sit. Ita nostro loco Astaphium priusquam aperiat nomen pultantis quaerit. Qui quum nominis loco responderet '*ego sum*', illa: *Quid*, inquit, *an 'ego' nominaris?* Pergit serua: *Nonne me uides?* Iam eam Stratullax agnoscit et uerberat. Verberantis enim est *em tibi*. Curc. V, 2, 26: *em tibi! C. O ciues, ciues! Th. Quid clamas? Ph. Quid tibi istunc tactiost?*

3. Hauscio an delendum sit *ad* coll. Most. II, 2, 16: *Quis homost qui nostras aedis accessit prope?* ubi iungendum *prope aedis.* — *accessio* cf. inf. II, 7, 62; II, 6, 30; Asin. V, 2, 70 al.; Brix ad Trin. 709.

Ast. Sálue.
Str. Sat mihist túae salutis: níhil moror, sat sálueo.
Aégrotare málim quam esse túa salute sánior.
Séd uolo scire, quíd debetur híc tibi in nostrá domo?
Ast. Cónprime sis eiram.
Str. 'Eram quidem ercle tú quae solita's cónprime,
'Impudens quae pér ridiculum rústico suadés stuprum.

4. sat mihi est *A*, satis mihi est *BD*, satis mihiest *C* — tuae *A*, tuę *CD*, tue *B* — salutis *ACD*, saluitis *B* — nihil moror *ACD*, nihil miror *B* — sat salueo *A*, non salueo *BCD*, *Probus II*, 3, 9 *ed. Lind. Claud. Sac. p.* 165. — 5. aegrotare malim quam *A*, Egrotarẽ aliquã *BCD nisi quod* Egrotarem *C et* aliquam *D*, aliquam *cum spatio C* — isse tua *uel* esse tua *A*, essem suã *B*, essem suam *C*, eẽ suam *D*. — 6 Sed *A*, Ad *B*, Aut *C*, At *D* — uoloscire *C cum spatio* — quiddebetur *C* — in nostra domo *A*, nostre domi *B*, nostrę domi *CD nisi quod* ẽ *ex* ã *ut uidetur fact. Da.* — 7. Conprime *B*, Comprime *A*, cõprime *CD* — sis eiram. Str. Eram quidem ercle *Speng. duce ex parte Gepp.;* sis iram eam quidem ercle (*incertis* dem *litteris, pro quibus* nh *in cod. fuisse minus probabile est*) *A*, spero meam quidem hercle *BCD nisi quod* Spero *CD*, *Claud. Sacerd. p.* 108 *et* 153 *affert* reprime sis iram — tu quae solitas conprime *uel* conprimi *A*, tuq; solitas c̃primas *B*, tuque solitas comprimas *CD nisi quod* tuq *D*. — 8. Impudens quae per ridiculum *A*, Inprudens per ridiculum *BCD* — rustico suades *A*, ut rusticos uadet *B*, ut rustico suadet *CD*. —

4. *sat mihist tuae salutis* h. e. non curo tuam salutationem neque ea indigeo. Asin. V, 2, 61. — *nihil moror* Aul. II, 1, 47; Capt. prol. 16 et passim.

6. *in nostra domo A* et *nostrae domi BCD* ex diuersa recensione. Alterum habes Cas. III, 4, 30 alterum Men. II, 3, 12.

7. Ludit poeta uocabulis *eira* (ira) et *era*. *Comprimere* duplici sensu positum est, primum comprimere iram h. e. compescere (Cas. II, 3, 34) deinde comprimere eram h. e. stuprare (Cas. II, 6, 10). Eadem ratione luditur Rud. IV, 4, 31, Amph. I, 1, 192, Asin. II, 2, 26. *eiram* scribendum esse primus Geppertus intellexit. Apparet hoc ex u. 9. — *solita's* scil. comprimere. Quodsi in ea quam supra posui lectione acquiescendum uidetur, hoc loco mulier *comprimere* dicitur ut *subigitare* proprie uiri mulierem stuprantis, Pers. II, 2, 45 mulieris est uirum attrectantis. Magis autem haec sententia placeat: *Comprime sis* (uel potius *istam* coll. Amph. I, 1, 192) *eiram. Str. Eram? quin hercle te quae solita's comprimi.*

8. *per ridiculum*, per iocum, per iocosa et ambigua uerba. Fingit enim, Astaphium de industria ambiguis istis uerbis usam esse.

Ast. Eíram dixi, tú decepsti, démpsisti unam lítteram.
Nímis quidem hic truculéntust.
Str. Pergin mále loqui muliér mihi?
Ast. Quíd tibi ego maledíco?
Str. Quia mé truncum lentum nóminas.
Núnc adeo nisi ábis actutum aut dícis quem quaerás cito,
Iam hércle ego hic te quási sus catulos múlier pedibus próteram.
Ast. Rús merum hoc quidémst.
Str. Pudendumst uéro clurinúm pecus.

9. Eiram *Gepp.;* Iram *ABCD* — dixi *BCD*, dixis *A* — tu decepsti dempsisti unam litteram *Speng.;* ut decepisti demsisti unam litteram *incertis* 1, 18, 19 *litteris A*, ut esse cepisti si dem sistun alteram *B*, ut esse cepisti fidem siest una altera *CD nisi quod* fidē si ē *D*. — 10. nimis quidem hic truculentust *A*, Nimis (m *litt. ex* s *fact. Ba*) hic quidem truculentus *B*, nimis hic Quidem truculentus *CD* — per gin *C* — mihi *A*, mihi es *BD*, mihies *C*. — 11. Quidtibi *C* — maledico *A*, aut medico *BCD* — qui^a *Da* — me *Speng.;* enim me *ABCD* — truncum lentum nominas *A*, truculentum nomines *BCD*. — 12. aut dic[illegible]s *cum lacunulis A*, ac dicis *BD*, acdicis *C* — quem quaeras cito *A*, quid q; ras scito *BCD nisi quod* queras *CD*. — 13. Iamhercle *C*, lam ercle *Da*, Iam hercle *Db* — quasi sus catulos mulier *A*, mulier quasi sus catulos *BCD nisi quod* su scapulos *B* — pedib· (*sic, ut uidetur*) *A*, pedibus *BCD* — protera˜ *A*, proteram *B*, Proteram *cum duarum litt. spatio D et cum quinque litt. spat. C* — *Totum uersum sic habet Seru. ad Aen. II*, 357: et ego te conculcabo ut sues catulos suos. — 14. Rus merum *AB*, rus merum *D*, rusmerum *C* — quidemst *A*, quidem est *BCD nisi quod* ē *D* — pudendum est uero clurinu˜ pecus *A*, pudendum et uero clurinũ pecus *BCD nisi quod* Clurinum *CD et* pucus *C*. —

9. *decepisti*, fraudem fecisti. *clepsisti* Christius suadet.

10. *Nimis q. h. truc.* Haec Astaphium secum loquitur sed ita ut seruus exaudiat.

11. *truncum lentum*, truncus pro stupido homine Cic. de nat. d. I, 85 c. 30; in Pis. 19 c. 9 al. — *lenti rami* Verg. Ge. 4, 558, *uirgae lentae* Plaut. Asin. III, 2, 29; *materies lenta* Mil. IV, 5, 4 et similia. Quodsi ea uerba in obscenam partem traxeris, iocus prodibit rustico dignissimus.

13. *quasi sus catulos*, prouerbialiter dictum de quo uide Varr. d. r. rust. II, 4.

14. *clurinum pecus*, simia. Vtitur hoc uocabulo Arnob. 3 p. 110. Vet. gloss. 'clura πίθηκος, cluria κερκοπίθηκος. — simiae nomen in conuiciis est Most. IV, 2, 3.

'Aduenisti huc nós tentatum cum éxornatis óssibus,
Quía tibi suaso ínfecisti própudiosa pállulam.
'An eo bella's quía clepis tibi ármillas aéneas?
Ast. Núnc places quom mihi ínclementer dícis.
Str. Quid hoc quod té rogo?
Máncupion qui accípias gestas técum aenos ánulos?
Pígnus da, ni lígneae hae sint quás habes Victórias.

15. Aduenisti *B*, aduenisti *CD* — nos tentatum *Speng.;* te ostentatum *A incerta* te *syllaba, pro qua* N *littera in cod. fuisse potest;* sistentatum *BCD* — cum exornatis *A*, exornatis *BCD.* — 16. Quia tibi suaso *A*, *Fest. p.* 302 *M:* Quia tibi resuasu *BCD nisi quod* Quiatibi *C* — pallulam *A Fest.;* pali uiā *B*, palliuiam *CD.* — 17. An eo bella es *A*, Ane obella est *B*, aneo Della est *C*, an eo Bella ē *D* — quia clepis tibi *Speng. duce Bothio*; quia c? epis tibi *A*, quia accepisti *BD*, quiaccepisti *C* — armillas aeneas *Stud.:* armilias a[e]neas *incertis* 1, 7, 8 *litteris Aa*, arme aduenias *B*, arma aduenias *D et cum spatio C.* — 18. Nunc *B*, nunc *CD* — cum mihi inclementer *A*, cum me illi uel inmentiri *B*, Cum me illi uelim mentiri *CD* — ho[c]quodte *A*, quod te *BD*, quodte *C.* — 19. Mancipion *A*, Mancupium *BCD* — gestas *A*, gesta *BCD* — aenos anulos *A*, henos anuos *B*, he nos an uos *C*, [h]ęnos anuos *D.* — 20. Pignus da [ni] ligneae hae sint *A partim ex Stud. coniectura;* Dignus dant lauinie hic sunt *BD nisi quod* lauinię *D*, Dignus dant lauimę hic sunt *C* — uictorias *ABCD.* —

15. *nos tentatum* scil. me et erum meum cf. u. 27, 43. Poen. V, 2, 73: *huc aduenisti nos captatum.* — *cum exorn. ossibus.* Haec non ad buccas purpurissatas refero sed ossa sua (h. e. se) exornauit ueste suaso infecta. Aliter atque uulgo fit uerba distinxi. Iungebatur enim: *cum ex. ossibus. Quia tibi s. inf. prop. pallulam, an eo bella es?*

16. *suaso.* Fest. l. l.: *suasum colos appellatur qui fit ex stillicidio fumoso in uestimento albo. Plautus: 'suaso infecisti propudiosa pallulam.' Sunt qui omnem colorem suasum uelint appellare quod quasi persuadetur in alium ex albo transire.* — *tibi* in omni numerorum genere frequentatur.

17. *clepis tibi* emendatione non satis certa. — Quamquam aeneae sunt tuae armillae non aureae, tamen eas quoque furari soles. — Ambrosianus prope marginem AS, fortasse AENEAS, habere uidetur.

18. *mihi* totum eliditur et corripitur *hŏc quod.*

19. *mancupion.* Spectant haec ad morem Romanorum ex quo res mancupio accipiendae per *aes* et *libram* mancupabantur cf. Gell. XV, 26; Plin. 33, 34; Varr. d. l. l. VI, 5. — *aenos.* Perstringit Stratullax uiles meretricis anulos, qui aenei non aurei sint.

20. *Pignus da, ni — sint* Cas. prol. 75: *Id ni sit, mecum pignus dato;* Epid. V, 2, 34: *uel da pignus, ni ea*

Ast. Ne áttigas me.
Str. 'Egon te tangam? íta me amabit sárculum,
'Ut ego me ruri ámpléxari máuelim patulám bouem
Cumque ea noctem ín stramentis pérnoctare pérpetem,
Quám tuas centúm cenatas nóctes mihi donó dari.

* * *

Rús tu mihi opprobrás: ut nancta's hóminem quem pudeát probri!

21. Ne atting........... angam *A*, Ne atticas me tangam *BCD nisi quod* metangam *C* — itame *C*. — 22. me ruri amplexari mauelim *A*, meruri ã exarma ueũ *cum parua rasura post* ã *B*, me ruriam exama uelim *C*, me ruriam examaueum *D* — patulam bouem *A*, patulum uoueri *BC*, patulũ moueri *D*. — 23. Cumq· ea *A*, Cumq; ita *B*, Cumque ita *CD* — instramentis *C* — perpetem tota *A*, perpetim *BCD*. — 24. mihidono *C* — dari *A*, patri *BCD*. — *Lacunam signauit Speng.* — 25. Rus· tu mihi opprobras *A*, Rustũ iodbras *B*, Rustum iodbras *D*, Rustum iod bras *C* — nancta est *A*, nacta eẽ *BD*, nacta esse *C* — hominẽ quẽ pudeát ꝓbri *D*. —

sit filia; Poen. V, 4, 72: *da pignus, ni nunc perieres.* — *Victorias*, paruula deae Victoriae signa quae aut ex auribus uel armamillis pendebant aut pro fibulis in pectore uestibus infigebantur. Similia hoc quoque tempore in Italia a mulieribus gestantur.

21. Hoc loco Ambrosianus his ultimis annis nouam labem passus est. Quam enim nunc lacunam signauimus, in eiusdem reliquias anno 1864 Studemund cum Truculentum primum perlustraret non male conuenire adscripserat ASME EGONTET litteras (sine pers. spatio ante EGON) id quod supra posui. Ceterum possis etiam: *Ne attigas. Str. Ego tene ut tangam* uel *Tene ut ne tangam* coll. Epid. V, 2, 58. — Iocose peruertit prouerbium: *ita me amabit Iuppiter.* Adeo enim rusticus est, ut ne iuretur quidem per Iouem sed per instrumenta rustica.

22. *patulam bouem* Fest. p. 221 M: *patulum bouem Plautus appellat cuius cornua diuersa ac late patent* et p. 229: *propatulum late patens atque apertum et patuli boues quorum cornua in diuersum super modum patent.* Philarg. Georg. 3: *camuri boues sunt qui conuersa introrsus cornua habent, quibus contrarii patuli qui cornua diuersa habent e. q. s.* — Immo rusticus hoc uocabulum ad uuluam refert.

23. *totam* in *A* glossema est *perpetem* uocis.

24. *cenatas*, simul cum cena.

25. Ante hunc uersum lacunam signandam esse duxi. Probabile enim est, postquam seruus tam rustice locutus est, Astaphium ei rus opprobrasse. Nam u. 14 secum ipsa locuta erat. Atque aptissime his uerbis sermo clauditur et ad aliam rem transitur. Vulgo hic uersus suasore Bothio post u. 14 ponitur. — *rus tu mihi oppro-*

Séd quid ad nostrás negoti múlier est aedís tibi?
Quid tu huc occursás, in urbem quótiensquomque adué-
nimus?
Ast. Múlieres uolo cónuenire uóstras.
Str. Quas tu múlieres
Míhi narras, ubi músca nulla féminast in aédibus?
Ast. Núllan mulier ístic habitat?
Str. Rús abierunt, ínquam: abi.
Ast. Quíd clamas, insáne?
Str. Abire hinc ní properas grandí gradu,
Jam hércle ego istos fictós compositos críspos cincinnós
tuos
'Unguentatos úsque e cerebro euéllam.
Ast. Quanam grátia?
Str. Quía ad foris nostrás unguentis úncta's ausa accédere

26. ad *A*, apud *BCD* — negoti *A*, negotii *BCD* — mulierest *B*. — 27. huc occursas *A*, hoc occurras *BD et sic iunctis uocabulis* Quidtuhoc occurras *C* — inurbem *C* — quotienscumq; *A*, quotienscũque *B*, quotiens cumque *CD*. — 28. uolo conuenire *A*, conuenire uolo *BCD* — uostras *ABCD* — quas tu *AD*, quastu *B*, quos tu *C* — *Post* mulieres *rasura est in D in qua olim* mihi narras *scriptum erat*. — 29. ubi musca nulla *D*, ubimusca nulla *B*, ubimuscanulla *C* — feminast *A*, femina est *BC*, femina ē *D* — inędibus *C*. — 30. Nullan mulier istic *A*, Nullă istinc mulier *B*, nulla istinc Mulier *CD* — abierunt inquam abi *A*, inquam abier pabi *B*, inquam abierunt pabi *CD*. — 31. Quid *B*, quid *CD* — abire *B*, Abire *CD* — ni properas *A*, ni propera *B*, mipropera *C*, mi propera *D* — grandi gradu *A*, grandi gras *BC*, grandigras *D*. — 32. Iam hercle ego *A*, Iam ego *B*, iam ego *CD* — istos *A*, istoc *BCD* — compositos *A*, conpositas *B*, Compositos *CD* — cincinnos *AB*, cinnos *CD*. — 33. Vnguentatos *A*, Vni uentatos *B*, uni uentatos *C*, uniuentatos *Da*, unguentatos *Db* — usq· e cerebro *A*, usque ex cerebro *B*, usque excerebro *C*, usque ex cerbro *Da*, usque ex cerebro *Db* — euellam *A*, expellam *B*, Expellam *CD* — quanam gratia *A*, quanam grat *B*, quanam gratias *C*, quanã grãs *D*. — 34. Quia ad foris (*uel* fores) *A*, Quia adeo foras *B et nisi quod* quia *C*, quia adeo fores *D* — unguentis uncta es ausa *A*, unguant iuncta eẽ audes *BCD nisi quod* Iuncta *CD et* esse *C*. —

bras Most. I, 1, 15: *rus mihi tu obiectas*. — *ut nancta's* ironice pro: minime me pudet huius probri. Bacch. IV, 6, 25; Asin. III, 3, 39 al.

33. *usque e cerebro* Stich. V, 5, 20 *usque ex unguiculis*, Capt. III, 4, 12; Aul. II, 2, 72.

Quíaque bucculás tam belle púrporissatás habes.
Ast. 'Erubui mecástor misera própter clamorém tuom.
Str. 'Itane erubuistí? quasi uero córpori relíqueris
Túo potestatém coloris úlli capiendí mala.
Búccas rubricá, creta omne córpus intinxtí tibi.
Péssumae estis.
Ast. Quíd est quod uobis péssumae hae malefécerint?
Str. Scío ego plus quam tu árbitrare scíre me.
Ast. Quid id, óbsecrost,
Quód scias?
Str. Erílis noster fílius aput uós Strabax
'Vt pereat, ut eum ínliciatis ín malam fraudem ét probrum.
Ast. Sánus si uidearis, dicam: dícis contuméliam.

35. Quiaq· bucculas *A*, Quia que istas buccas *B*, quia quę istas buccas *CD* — tã *B* — Belle *CD* — purpurissatas habes *A*, purporis satis habeost *BD*, purporis satishabeost *C*. — 36. Erubuime castor *B*, erubuimecastor *C*, erubu me castor *Da*, erubui me castor *Db* — propter *B*, Propter *CD* — clamorem *an* olamorem *incertum in B* — tuum *ABCD*. — 37. Itane erubuisti *ACD nisi quod* itane *CD*, Ita ne erubuit sti *B* — quasi uero corpori Reliqueris *D*, quasiuerocorpori Reliqueris *et* uere *ante corr. C*. — 38. Tuo *AB*, tuo *CD* — potestatem *ABCDb*, potestatis *Da* — capiendim *B*. *Prisc. p.* 228 *et p.* 266 *H. affert:* quasi uero corpori reliqueris potestatem coloris ulli capiendi. — 39. rubrica creta *A*, rubrice ceta *B*, rubriceta *CD* — intinxti tibi *Scal.;* intixitibi *uel* initattibi *A*, intinxit tibi *BD et sic cum prox. uoc. iunctum:* intinxittibipessumę *C*. — 40. Pessume *B*, pessumę *C*, pessume *D* — quid est *B*, Quidest *C*, Quid est *D* — pessimae *A*, pessume *BD*, pessumę *C* — hae malefecerint *uel quod minus probabile* hae malefecerunt *A*, hec ma *B*, haec *C*, hęc *D*. — 41. plus *ACD*, o plus *B* — tu arbitrare scire me *A*, me arbitrarier scire *BCD* — quid id obsecrost *A*, quid idē obsecro *B*, quid id est obsecro *C*, quid id ē obsecro *D*. — 42. erilis *A*, herus *BC*, erus *D* — aput *A*, apud *BCD* — uos strabax *A*, uostrā pax *B*, uostram pax *CD*. — 43. Vt pereat ut *A*, Vt pextut *B*, Vt per ex tute *C*, Vt p ex tute *D* — inliciatis *A*, iniciatis *BCD* — inmalam *C* — probru⁻ *A incerto⁻ signo*, premium *B*, p̄mium *C*, praemium *D*. — 44. si uidearis dicam *A*, si uidear edicam *BD*, siuidear edicam *cum spatio C*. —

35. *purporissatas*, uide sup. I, 2, 67.

37. *Itane? erubuisti?* sic disiungebantur, quae uerba iungenda erant. Idem enim est atque: *satin erubuisti?*

38. *ulli* uid. Prisc. l. l.

39. *rūbrica* producta prima syllaba. Eiusdem autem uocis esse *rŭber* et *rufus* recte me monuit Stud.

44. *dicam: dicis contumeliam* h. e. 'dicam te contumeliam dicere', quod

Némo homo hic solét perire apút nos: res perdúnt suas.
'Vbi res perdidere, abire hinc sí uolunt saluís licet.
'Ego istunc non noui ádulescentem uóstrum. Str. Veron? Ast. Sério.
Str. Quíd maceria illa aít in horto quaést quae in noctes síngulas
Látere fit minór, qua is ad uos dámnis permensúst uiam?
Ast. Níhil mirum — uetus ést maceria — láteres si ueterés ruont.
Str. Aín tu uero uéteres lateres rúere? numquam edepól mihi

45. Nemo homo *A*, Nemo hominem *B*, nemo hominem *D*, nemohominem *C* — hic *A ut uidetur*, hec *B*, Haec *C*, Hęc *D* — solet perire *A*, perire solet *BCD* — aput nos *A*, apud nos *BD*, apudnos *C* — res perdunt *ACD*, re^{s}pdunt *B*. — 46. Vbi *B*, ubi *CD* — res perdidere *A*, perdideř res *B*, perdiderunt Res *CD* — abiere *A* — siuolunt *C* — saluis *A*, ut uis *BC*, utùis (*sic*) *D*. — 47. Ego istunc non noui adulescentem *A*, Ego nunc noui adulescentem *B et nisi quod* ego *D*, egonunc nouiadulescentem *C* — uostrum *A*, ùrum *B*, Vestrum *CD* — serio *A*, serion *BD et cum spatio C* — *u.* 48 — 51 *apud Prisc. sunt p.* 189 *K.* — 48. *Vnius litt. spat. D* — Quid *A*, *Prisc.;* Qui in *B*, qui in *CD* — ait *AC Prisc.;* aut *BD* — inhorto *C* — quae est quae *A Prisc.;* que est que *B*, Que est que *CD* — innoctes *C*. — 49. Latere *A Prisc.;* Lateri *B*, lateri *CD* — qua is aput uos *A*, qua (*uel* quam) is hoc ad uos *Prisc.;* qua isti uos *BD*, quaistiuos *C* — damnis *A*, damni *Prisc.;* dãni *B*, Dampni *CD* — permensust uia‾ *A*, permensus tuum *B*, permensus tuam *CD*, permensus uiam est *Prisc.* — 50. Nihil mirum *A Prisc.;* Non mirum *B*, non mirum *D*, nomirum *C* — uetus] etus *A* — est] ē *D* — maceria *A Prisc.;* macere *BCD* — lateres si ueteres *AB*, lateres Si ueteres *D*, lateres Siue te res *C*, ueteres si lateres *Prisc.* — ruunt *ABCD Prisc.* — 51. Ain tu uero *A*, Aintu male *B*, amtumale *C*, ain tu male *D*, antu *Prisc.* — ueteres lateres *A Prisc;* lateres ueteres *BCD* — ruere *Prisc.;* rure *A*, uere *BCD* — numquam *A*, nũquam *BCD* — Edepol *D*, Ede pol *C*. —

tam apertum ut plerosque interpretes haesisse mireris.

45. *nemo homo* Amph. II, 1, 16; Cas. II, 4, 15.

48. *quid maceria ait*, quid testatur? nonne contrarium testatur?

49. *damnis* Bacch. I, 1, 33: *ubi damnis desudascitur.* — Damnis h. e. muneribus transitum sibi ad uos parauit.

Quísquam homo mortális posthac duárum rerum créduit,
Ní ego ero maióri uostra fácta denarráuero.
Ast. 'Estne item uioléntus ut tu?
Str. Nón enim ille meretrículis
Moénerandis rém coegit uérum parsimónia
Dúritiaque quaé nunc ad uos clam éxportantur, péssumae.
'Ea uos estis éxungimini ebíbitis. egone haec mússitem?
Iám quidem hercle ibo ád forum adque haec fácta narrabó seni.
Néque istic in se gèstat, tergo cóget examén mali.

52. quisquam *CD* — homo *A*, tomo *BCD* — posthac *CD*, post hac *B*, postquam *A* — duarumrerumcreduit *C*. — 53. Ni ego ero maiori uostra facta *A*, Ni eē ego ūra ero amari facta *BD*, Ni esse ego uestraero amarifacta *C*. — 54. Estne item *A*, Est ne ille *B*, est ne ille *D*, est ne il le *C* — Violentus *CD* — ut tu *A*, suum *BCD* — nonenim *C* — meretriculus *C*. — 55. Moenerandis *Speng. duce Pareo.;* Munerandis *A*, Moniendis *B*, moniendis *CD* — rem coegit *A*, re cogi *B*, rem Cogi *CD* — parsimonia *A*, parsimonie *B*, parsimonię *C*, parsimoniae *D*. — 56. Duritiaq· quae *A*, Durie queque *B*, durieque que *C*, durieque que *D* — ad uos clam *A*, duo sciam *BCD* — exportantur pessimae *A*, exportatur pessumū *B*, Exportatur pessumum *CD nisi quod* pessumū *D*. — 57. Ea uos estis exungimini ebibitis *A*, Em tuos exungula male uiuitis *BCD nisi quod* hem *C et* ʰem *D* — egone haec mussite⁻ *A*, ego ne hic musitem *B*, Egone hic musitem *D*, Ego nehic (nehis *ante corr.*) musitem *C*. — 58. Iam quidem ercle *A*, Iam enim exercere *B*, iamenim exercere *C*, iam enim exercere *D* — ibo ad forum *A*, ibi forum *BCD* — adq· *A*, atque *BCD* — haec *AD*, hec *B*, hęc *C* — Facta *CD*. — 59. Neque istuc in se *ABCD* (istic *Speng.*) *nisi quod* neq· *A*, neque *CD et* inse *BCD* — gestat *Speng. duce Gepp.;* gestit *ABCD* — tergo *Acid.;* ergo *ABCD* — coget examen male (*uel* mali) *A*, coget exanimen mali *B*, coget exanimem Mali *C*, coget exanimē mali *D*. —

52. *credere* alicui alicuius rei Asin. II, 4, 53; Bacch. III, 4, 5. — *creduit,* de forma uid. Brix. ad Capt. 602.

55. *moenerandis.* Veteris scripturae uestigia in *BCD* seruata sunt ut Trin. I, 1, 2 *Inmene* (h. e. *Inmoene*) *BCD*, *Immune A*.

56. *parsimonia duritiaque* Most. I, 2, 74.

57. *exungimini*, unguentis caris dissipatis.

58. *seni,* nostro ero maiori.

59. *in se gestat* Bacch. III, 1, 8: *egone ut haec conclusa gestem?* Hoc dicit: si quam iram concepit, eam non solet celare. — *tergo* scil. tuo uel uestro, quod duriuscule omissum. Fortasse grauior corruptela latet ue-

Ast. Si écastor hic hómo sinapi uíctitet, non cénseam
Tam ésse tristem pósse, at pol ero béneuolens uisúst suo.
Vérum ego illum quamquám uiolentust spéro inmutarí pote
Blándimentis, hórtamentis, céteris meretríciis.
Vídi equidem ex indómitis domitas fíeri aeque alias béluas.
Núnc ad eram reuidébo sed eccum ódium progreditúr meum.
Trístis exit, haúd conuenit étiam hic dum Phronésium.

60. si ecastor *D*, Sie castor *B*, siecastor *C* — hichomo *C* — sinapi *ut ui-*[n] *detur A*, senapi *BCD* — noncenseam *C*, non cescam (*sic*) *B*. — 61. tam *CD* — Tristem *CD* - posse ad *A*, posseat *B*, posse at *CD*, posse atq *D ante ras.* — pol ero *ACD*, polerro *B* — bene uolens *BD* — uisust suo *A*, ut is est suos *B*, utis est suos *CD*. — 62. uerum *CD* — Illum *CD* — quamquam *A*, quãquam *BD*, quam quam *C* — uiolentust *BCD*, uiolentum est *A* — spero *A*, pero *BCD* — inmutari *A*, imitari *B*, imutari *CD* – pote *Fleck.*: potest *ABCD*. — 63. blandimentis *D et sic iunctum:* imutaripotestblandimentis *C* — hortamentis *A*, ornamentis *B*, Ornamentis *CD* — ceteres *B* — meretriciis *A*, meretrices *BCD*. — 64. Vidi equidem *B*, uide equidẽ *Da*, uidi equidem *Db*, uidiequidem *C* — ex indomitis domitas *Goell.*; ex inemintu domito *B*, exinem intum Domito *C*, exinẽ intũ Domito *D* – aeque *Both.*: atque *BCD* — beluas *CD*, uelbas *B*. — 65. nunc *CD* - ad eram *D*, aderam *BC* — re uidebo *C*, reiubebo *B*, reuibebo *D* — sed eccum *Cam.*; & cum *BD*, et cum *C* — Odium *CD* — procreditur *BCD*. — 66. tristis *CD* — haud conuenit *Gul.*; ad conuenire *BCD* — hicbũ (*sic*) *B*, Hic bum *CD* — phronesium *CD*, pronesium *B* — DINARC' *add. Db.*

lut: *Neque is tuo repercet tergo, coget examen mali.*

60. *ecastŏr* producitur uid. sup. ad. II. 1, 24. — *si ecastor* pro *ecastor si*. Saepe enim interiectio particulae subiungitur quam praecedere expectes, ut quae non ad sententiam conditionalem sed ad affirmatiuam pertineat cf. Asin. I, 3, 36; Aul. I, 1, 17; Aul. II, 2, 72 al. Brix. ad Trin. 457, Lor. ad Most. 220.

62. *pote* cf. Men. IV, 2, 41; Aul. II, 4, 30; Epid. II, 2, 45; Rud. IV, 3, 39. — *inmutari* Curc. I, 2, 59; Epid. V, 1, 40; Amph. II, 2, 216; Mil. II, 5, 22.

63. Male iungebatur *hortamentis ceteris meretriciis*, ut duae res intellegerentur, et blandimenta et cetera meretricia hortamenta. Immo tria sunt, et blandimenta et hortamenta et cetera meretricia. V. Bacch. I, 1, 7: *pol haud meretriciumst*, quo ipso loco *meretricium* pro adiectiuo accipiendum non pro substantiui genetiuo plurali.

65. *reuidebo* Aul. IV, 4, 33 et inf. II, 4, 82 *reuisere*. — Hiatus in caesura uersus etsi facile traicias *sed odium eccum* cum Bothio.

66. *haud etiam dum* Mil. IV, 2, 2; Pers. II, 2, 49; IV, 4, 4.

DINIARCHVS. ASTAPHIVM.

Di. Piscís ego credo qui úsque dum uiuónt lauant II, 3.
Minus diú lauare quam haéc lauat Phronésium.
Si proínde amentur múlieres diu quám lauant,
Omnés amantes bálneatorés sient.
Ast. Non quís parumper dúrare opperírier?
Di. Quin hércle lassus iám sum durandó miser.

DIMARCVS ANCILLA ASTAPHIVM DV· *B*, DINARCVS ANCILLA ASTAPHVM· *C*, ASTAPHIV̄ ANCILA (*sic*) *add. Db.* — *u.* 1—2 *habet Varro de l. l. p.* 534 *Sp.* — iscis *Da*, DPiscis *Db* — qui usque *Varro*, quit usq; *B*, quidusque *C*, quid usque *D* — uiuont *CD*, uiuunt *B Varro.* — 2. Minus diu *B*, minus diu *CD*, Diu minus *Varro* — Lauare *C*, Lauere *D*, lauere *B*, lauari *Varro* — hec *B* — phronesium *Varro*, proneshium *B*, prones chium *C*, proneschium *D.* — 3. si proinde *D*, siproinde *C* — Mulieres *CD* — lauant *Z*, iuuant *B*, uiuant *CD.* — 4. omnes *C*, om̄s *D* — amantes *B*, amatores *CD* — Sient *C*, stent *B*, Stent *D.* — 5. non quis *D*, nonquis *C* — parumper durare *Cam*; parum perdurari *BCD nisi quod* per durari *D* — opperirier*C*, operirier *D*, opperimer *B.* — 6. Quin ercle *B*, quinhercle *C*, quin hercle *D* — Lassus *CD* — iamsum *C.* —

1. *lauant*, lauantur u. Lor. Most. 149.

3. Distinguebatur *mulieres*, *diu quam lauant.* At iungendum: proinde diu amentur quam lauant — *proinde quam* hoc loco dictum uidetur quia *diu* additum est. Alibi *proinde ut* Amph. I, 3, 19; III, 3, 27; Capt. II, 2, 57 et passim. Semel *proinde ac* legebatur Trin. III, 2, 33 sed Ambrosianus *proinde ut* habet.

5. *durare*, sustinere Mil. IV, 6, 34; Curc. I, 1, 19. Ex hoc infinitiuo alter infinitiuus pendet ut supra I, 1, 52; Mil. IV, 2, 101: *iube maturare exire;* Poen. III, 3, 83: *potes pati esse te in lepido loco — opperirier.* Haec infinitiui forma si antepenultima longa est, semper in fine uersus uel prioris hemistichii locum habet: si breuis, aliis quoque pedibus admittitur. Exempla congessi *Plaut. Krit. p.* 224.

Mihi quóque prae lassitúdine opus est *út* lauem.
Sed óbsecro hercle, Astáphium, i íntro ac núntia
Me adésse: propera et suáde iam ut satis láuerit.
Ast. Licet.
Di. 'Audin etiam?
Ast. Quíd uis?
Di. Di me pérduint
Qui té reuocaui: nón tibi dicebam: í modo.
Ast. Quid mé reuocabas, ínprobe nihilíque homo,
Quae tíbi [*uox*] mille pássuum peperít moram.
Di. Sed quíd haec hic autem tám diu ante aedís stetit?
Nesció quem praestolátast: credo mílitem.

7. mihiquoque *C*, mihi quoque *D* — prae lassitudine *D*, prelassitudine *B*, ꝑ lassitudine *C* — Opus *CD* — ut lauem *Cam.*; laue *BCD*. — 8. sed *CD* — astaphium *BCD* — i intro *Cam.*: intro *BCD* — ac nuntia *B*, ac-nuntia *C*, ac nuncia *D*. — 9. propera et *Speng.*; tui properet *BD*, tui-properet *C* — suade *Cam.*: suaue *CD*, sua ue *B*. — 10. audi netiam *B*, aitd metiam *C*, audin etia *D* — quid uisdi me *B*, quiduis dime *C* — per duiNt. (*sic*) *C*, perduint *cum trium litt. spatio D*. — 11. Qui te reuocabi *B*, quite Reuocaui *C*, qui Tereuocaui *D* — nontibi *C* — imodo *BC*. — 12. Quid *Speng.*: Quid iam *B*, quid iam *CD* — mę reuocabas *B*, reuocabas *CD* — inprobe *B*, Inprobe *CD*. — 13. Que *B*, quę *C*, quae *D* — tibi [uox] *Gepp. nisi quod* [uox] tibi *scribebat*, tibi *BCD* — passū *BD et sic iunctum:* millepassum *C* — moram *Gepp.*; more *BCD*. — 14. hęc *C*, hec *B* — tamdiu *BCD* — ędis *CD*. — 15. nescio *CD* — presto ita lata est *B*, ꝑsto Italataest *C*, praesto Id alata ē *D* — credomilitem *D*. —

7. *prae lassitudine* Bacch. I, 1, 75.

8. Hiatus post *Astaphium* aut in caesura uersus.

9. *propera et suade.* Scribebatur *i propere et suade* auctore Bothio. At confer Cas. III, 6, 30; Stich. I, 3, 108; II, 1, 7; Mil. IV, 7, 22; Cas. II, 2, 39 al.

10. *licet* assentientis est Aul. II. 5, 2; Capt. V, 1, 29 et passim. — Diniarchum poenitet reuocasse mulierem quia ipse moram fecit amori suo. Simul autem est animi amore capti uetare quod modo iusserat et nescire quid dicat quidue uelit cf. Cist. II, 1, 38 sq.

12. Aut producitur *inprobē* aut *inprobus* scribendum coll. Most. I, 3, 153; V, 2, 14 al.

13. Men. I, 2, 64: *Vél mane etiam. P. Mílle passum cómmoratus' cántharum*, ubi bisyllabum *passuum*, unde profectus conicere possis: *Quí tíbimet mille pássum peperistí moram.*

14. *Sed quid haec* uid. Corss. Ausspr. II, p. 85.

15. *praestolatast.* Saepe hoc uo-

Illúm student iam: quási uolturii tríduo
Prius praédiuinant quó die essurí sient.
Illum ínhiant omnes, íllest animus ómnibus.
Me némo magis respíciet, ubi istic uénerit,
Quam si hínc ducentos ánnos fuerim mórtuos.
Ut rém seruare suáuest! uae miseró mihi!
Postpártum specto qui ántepartum pérdidi.
Verúm nunc si qua mihi óbtigerit heréditas
Magna átque luculénta nunc postquám scio
Dulce átque amarum quíd sit ex pecúnia,
Ita ego íllam edepol seruem ítaque parce uíctitem.

16. Illũ *B*, illum *C*, illũ *D* — uolturii triduo *Z*, uolo turiceri duo *B*, uolturi heri Duo *CD*. — 17. prius *CD* — perdiuinant *B*, p̄diuinant *C* — quodie *BC* — esuri sient *Z*, eurisient *B*, euri sient *CD*. — 18. illum *CD* — iniant *BCD* — om̄s *D* — ille est *Par.*; illi est *B*, Illi est *D*, Illiest *C*. — 19. me *CD* — nemo *Pyl.*; nimo *B*, nimio *CD* — ubi istic *Both.*; ubiisē huc *B*, ub i is est huc *C*, ubi is ē huc *D*. — 20. sihinc *C* — mortuus *BCD*. — 21. Vt rem seruare suauest *Stud.* (Vt rei seruire suaue est *Cam.*); Vt rũ seure salue est *B*, Vtrum seruire salue est *CD* — uae *Z*, ue ue *B*, ueue *CD* — miseromihi *C*. — 22. Postpartum specto *Speng.*; Post factum flector *B*, post factum Flector *CD* — qui *Both.*; quia *BCD* — ante partum *BCD* — per didi *C*. — 23. uerum *CD* — siqua *C* — obtegerit *B*, Obtegerit *CD*. — 24. magna *CD* — post quam *BC* — Scio *CD nisi quod* Sciodulce *C*. — 25. dulce *CD* — quidsit expecunia *C*. — 26. ita *CD* — Edepol *CD* — itaq *D* — uictitē *D*. —

cabulo Noster utitur semper cum accusatiuo Cas. III, 3, 15; Epid. II, 2, 33; 37; Most. V, 1, 18; Poen. V, 3, 54. Donatus ad Ter. Eun. V, 6, 5: *noue non 'cui' praestolare sed 'quem' dixit.*

16. *illum student* Mil. V, 1, 44: *minus has res studeant.* — *triduo* Plin. X, c. 6: *Umbricus haruspicum nostro aeuo peritissimus tradit triduo aut biduo uultures uolare ubi cadauera futura sint.* Apul. Apolog. c. 57: *Vincit idem sagacitate odorandi canes et uulturios.*

18. *inhiare* semper cum accusatiuo Mil. III, 1, 120; Aul. II, 2, 17; 89; Stich. IV, 2, 25. — *animus*, carissimus, quasi earum animus et uita in illo perstet. Cas. I, 46; Curc. I, 3, 9; Men. I, 3, 1 al.

22. Ita scribendum duxi coll. I, 1, 42. Hoc enim dicit: Vae mihi! nunc hereditatem aliquam respiciam oportet et eas res quas nondum possideo, postquam ea quae habui omnia perdidi.

23. *obtigerit* producitur.

26. *edepol* fortasse *pol.*

Vt núlla faxim cís dies paucós siet.
Ego istós qui nunc me cúlpant confutáuerim.
Sed aéstuosas séntio aperirí fores
Quae obsórbent quicquid uénit intra péssulos.

27. ut *CD* — faximcis *B*, faxinicis *D* — Dies *CD*. — 28. ego istos *D*, egoistos *C* — quinunc *C* — me *CD*, ine *B* — confutauerim *Cam.*; confutauerunt *B*. confutaueř (*h. e.* confutauerunt) *CD*. — 29. aestuosas sentio *Both.*; est uos adsentio *BCD*. — 30. Que *B*, quę *CD* — obsor bent *C* — quicquid *CD*, quidquid *B* — Venit *CD* — intra *Da*, infra *BCDb* — pes sulos *C* — FRONESIV̌ DINARC' *add. Db*.

27. *cis dies paucos* Most. I, 1, 17: *cis paucas tempestates;* Merc. I, 2, 42: *cis paucos mensis.* — locus est παρὰ προσδοκίαν u. Lor. ad Most. 243.

28. Hunc uersum Goellerus post u. 25 posuit. Sed recte se habet suo loco. Iocose enim pergit Diniarchus, quasi re uera se parce uicturum esse dixerit. Simillimum est Bacch. III, 4, 5: *Nam mihi diuini nunquam quisquam creduat, Ni ego illam exemplis plurumis planeque - - amo* et quasi *enecauero* dixerit non *amo*, sic pergit: *Ego faxo hau dicet nactam quem deluserit.*

29. *aestuosas* Bacch. III, 3, 67: *aestuosa absorbet ubi quemque attigit,* ubi libri omnes *absorbet.*

PHRONESIVM. DINIARCHVS.

Phr. Num tíbi nam amabo iánuast mordáx mea, II, 4.
Quo introíre metuas méa uoluptas?
Di. Vér uide:
Vt tóta floret, út olet, ut nitidé nitet!
Phr. Quid tam ínficetus', Lémno adueniens quí tuae
Non dés amicae Díniarche sáuium?
Di. Vah, uápulabo hercle égo nunc atque adeó male.
Phr. Quo te áuortisti?
Di. Sálua sis Phronésium.

PRONESIVM DINARCVS DV· *B*, PRO NES TVM DINARCVS *C*, *unam lineam uacuam relinquit D*. — 1. Numtibi *C*, um tibi *cum spatio initiali D* — nā *D* — ianua est *BCD*. — 2. quointroire Metuas *C*, quo introire Metuas *D* — uoluptas *A*, uoluntas *BCD* — ueruide *AB*, feruide *CD*. — 3. ut tota *D*, uttota *C* — flore^{t} (*sic*) *A* — ut olet ut *A*, utole lui *B*, ut ole ui *C*, ut oleui *D* - Nitide *CD*. — 4. Quid tam *A*, Qui tam *B*, quitam *C*, qui tam *D* — inficetus *BCD*, facetus *A* — lemno *ABCD* — qui tuae *A*, qui ue *B*, quidue *CD*. — 5. Nondes *C* — amicae *A*, amice *BCDc*, amices *Da* — diniarhe sauium *A*, dini archis auiuium *B*, dini ar^{c}his auiuum *C*, dinarchis (dimarchis *ante ras.*) auiuum *D*. — 6. uah *CD* (uahuapulo *C*) — uapulabo *Weis.*; uapulo *ABCD* — hercle *BCD*, hercule *A* — Egonunc *C*, ego nunc *D* — atq· *A*. — 7. Quo te *AB*, quote *C*, quo te *D* — auortisti salua sis *cum pers. spat. A*, auortistis salua sim *B*, auortistis sim salua *CD* — D *post* salua *in marg. add. Db* — phronesium *A*, Phronesium *CD*, pronesium *B*. —

1. *num nam* inf II, 7, 42; Amph. V, 1, 21; Cist. IV, 1, 6.

2. *uer uide*. Cum uere comparatur amica ut *meum uerculum* in blanditiis est Cas. IV, 4, 15. Solem occaecatum esse prae eius corporis candoribus amator exclamat Men. I, 2, 66. Cum uere comparat Hor. Carm. IV, 5, 6 uultum Caesaris Augusti. — *nitide nitet* Pseud. V, 2, 7: *madide madeam;* Aul. II, 4, 35 *parce parcum;* Curc. IV, 1, 1: *lepidum lepide* al. Lor. ad Most. 178 et 1143.

7. Hoc dicit: Phronesii blanditiis

Phr. Salue: hícin cenas hódie, saluos quom áduenis?
Di. Promísi.
Phr. Vbi cenábis?
Di. Vbi tu iússeris.
Phr. Hic: mé lubente fácies.
Di. Edepol mé magis.
Nempe tú eris hodie mécum mea Phronésium?
Phr. Vellém si fieri possét.
Di. Cedo soleás puer.
Properáte, auferte ménsam.
Phr. Amabo sánun es?

8. salue *CD* — hicine *A*, hic ne *BC*, hicne *D* — cenas hodie *cum pers. spat. ut uidetur A*, hodie cenas *B et nisi quod* cęnas *CD* — saluus cum *ABCD nisi quod* cū *D*. — 9. promisi ubi *cum spat.* (*uel* promisit ubi) *A*, Promis iube *BCD* — cenabist *BCD*, cenas *A* — ubi tu iusseris *A*, ubi tuluseris *B*, ubituluseris *C*, ubi tu luseris *D*. — 10. Hiic *B*, hic *CD* — lubente (*uel* iubente) *A*, libente *CD*, iubente *B* — Ede pol *C*, Edepol *D* — memagis *D*. — 11. Nēpe *B*, nempe *CD* — tueris *CD* — mecū *D* — mea phronesium *A*, me apromestum *B*, mea promestum *C*, mea promęstum *D*. — 12. Vellem *A*, Velim *BCD* — posset *A*, possit *BCD* — cedo *A*, credo *BCD* — puer *A*, mihi *BCD*. — 13. properate *CD* — Mensam *C*, Mensā *D* — sanunes *BC*. —

capiar et captus male uapulabo h. e. peribo. *Vapula* enim Graecorum οἴμωζε est. — Notabile est, ex *A* recensione *hercule* uoce numeros expleri forma non Plautina.

7. Auertit se Diniarchus cum secum solus loquatur u. 6. Recte *quo* non *quor*. cf. Amph. III, 2, 18; Merc. II, 3, 97.

9. *promisi*. Simulat se promisisse.

10. *hic*, quae uox Diniarchi uerbis adiungebatur, recte Geppertus cum *A* Phronesio tribuit, nisi quod non debebat iungere *hic facies*. Supplendum *hic cena*. — *me lubente facies* Curc. V, 2, 65; Stich. III, 2, 20; Men. II, 1, 47. — *me magis* scil. lubente hoc facio. Iam Diniarchus in lecto cum Phronesio accumbit. Nam parata est cena Phronesio ex balneo exeunti. Eodem modo in scena cenatur et bibitur Most. I, 4; Pers. V, 2.

11. *nempe:* tecum accubui quia te mihi hanc noctem daturam esse confido. Corripitur *nĕmpe* uel monosyll. est.

12. Negat se noctem daturam Phronesium, quia se peperisse et aegram esse simulat nequedum falso hoc se simulare communicauit cum Diniarcho. — *uellem* — *si possem*, *uelim* — *si possim* utrumque Plautinum, etsi hauscio an praeferenda sit Palatinorum lectio. uid. Lor. Most. 540. — Soleas poscit ut abeat, quia in lecto accumbens soleas deposuerat.

Di. Non édepol bibere póssum iam: ita animó malest.
Phr. Mane, áliquid fiet: né abi.
Di. Ah, aspersísti aquam.
Iam rédiit animus: déme soleas, cédo bibam.
Phr. Idem és mecastor quí soles: sed díc mihi,
Benene ámbulatumst?
Di. Húc quidem hercle ad té bene,
Quia tuí uidendi cópiast.
Phr. Compléctere.
Di. Lubéns. heia, hoc est mélle dulci dúlcius.
Hoc tuís fortunis Júppiter praestánt meae.
Phr. Da sáuium.
Di. Immo uél decem.
Phr. Em istoc paúper es:

14. non edepol *D*, nonedepol *C* — Ita *CD* — malest *ABCD*. — 15. mane *ACD*, Male *B* — aliquid fiet ne *A*, aliquid fine *BD*, aliquidfine *C* — ha aspersisti *A*, ab has persisti *BCD* (abiab *B*) — Aquam *CD*. — 16. iamrediit *C*, iam rediit *D* — cędo *D* — bibam *A*, uiuam *B*, uiuum *CD*. — 17. Idemœs *B*, Idē es *D* — mecastor *A*, ecastor *BCD* — quisoles *C* — sed dic *A*, sed dicat *BD*, seddicat *C*. — 18. Benene ambulatumst *A*, Bene nābulasti *B*, benenam ambulasti *C*, bene nā ambulasti *D* — Huc *CD*, huc *B* — at te bene *A*, attibent *BCD*. — 19. Quia tu uidendi copia est *A*, Quā tui uidendū est copia *BCD nisi quod* quam *CD*, uidendum *C*, Copia *CD* — complectere *ACD*, conplectere *B*. — 20. Lubens *A*, Libens *B*, libens *CD* — heia hoc est *cum spatio quo personae nota indicatur A*, ad hoc est *BD*, adhocest *C* — melle *A*, me illi *BCD* — dulcidulcius *C*. — 21. iuppiter *ABCD* — praestant *AD*, prestant *BC*. — 22. Da sauium *A*, Dant suauium *BCD* — ueldecem *C* — em istoc *A*, ute mistoc *B*, ut em istoc *C*, utem istoc *D* — es *A*, eē *BD*, esse *C*. —

14. Simulat hoc Diniarchus quia non impetrauit quod a Phronesio petierat. — *animo malest* 'es ist mir übel', Rud. II, 6, 26.

15. *aliquid fiet*, aliquo modo faciam, ut mecum esse possis. Eadem uerba Merc. II, 4, 25 et 26, quae caue mutassis. — *aspersisti aquam* metaphorice etiam Bacch. II, 3, 13.

16. *deme soleas* puero dicit, ut denuo in lecto accumbat. — *cedo bibam* Most. II, 1, 26; Stich. V, 5, 16.

18. *benene ambulatumst* Capt. II, 3, 92; IV, 2, 120 al.

22. Eam ob causam pauper factus es, quod plura mihi polliceri et donare solebas quam ego poscebam.

Plus póllicere quam ábs te posco aut póstulo.
Phr. Vtinam ítem a principio reí pepercissés meae,
Vt núnc repercis sáuiis.
Phr. Si quíd tibi
Compéndi facere póssim, factum edepól uelim.
Di. Iam laúta's?
Phr. Lauta míhi quidem atque oculís meis.
Num tíbi sordere uídeor?
Di. Non pol míhi quidem.
Verúm tempestas quóndam dum uixí fuit,
Quom intér nos sordebámus alter de áltero.
Sed quód ego facinus aúdiui aduenién̄s tuom
Quod tu híc me absente nóui negoti gésseris?
Phr. Quid id ést?
33a Di. Primumdum quóm tu's aucta líberis

23. quam abs te posco au^t postulo *admodum dubia* t *littera supra lin. scripta A,* quam ego a te postulo *BCD nisi quod* ate *C.* — 24. utinam *CD* — item a principio rei pepercisses meae *A,* a principio rei item parsissi meae *BCD nisi quod* aprincipio *C,* Rei item *CD,* reiitem *B,* parsis simeę *C,* par sis si meę *D* — ut *CD* — repercis *A,* reparcis *BD,* re parcis *C* — sauiis *A,* sauis *BCD* — siquid *C.* — 26. Compendi *AD,* Com pendi *C,* Conpendi *B* — factum *A,* factam *BCD.* — 27. Iam lauta es *A,* Iam iauiaisse *B,* iamiauiaisse *C,* iam iaui aisse *D* — lauta mihi *cum personae spatio et ante* lauta *et post* lauta *A,* iam pol mihi *BCD nisi quod* Iam *CD* — quidē *C* — adq· *A* — oculis *ABC,* occulis *D.* — 28. num *CD* — sordere *BCD,* sorbere *A* — non *B,* Non *CD.* — 29. uerum *CD* — quondam dum uiuixi fuit *A,* memini quondam fuit *BCD nisi quod* quondā *D.* — 30. Cum *ACD,* Cū *B* — inter nos *ABC,* intnos *D* — sordebamus *uel* sorbebamus *A,* sorderemus *BCD* — alter de altero *A,* alteri *BCD.* — 31. Sed quod· *A,* Sed quid *B,* sedquid *C,* sed quid *D* — adudiui *Aa* — Aduenìens *CD* — tuum *ABCD.* — 32. quod *CD* — tu hic me absente *Taub.;* tu me hic absente *A,* tu hic absente me *BCD nisi quod* tuhic *et deinde* menouinegotiis *C* — negoti *A,* negotiis *BCD.* — 33a. *hic uersus ex A accessit; om. BCD* — cum tu es *A.* —

24. *repercere* Lucr. I, 668; Symmach. Ep. I, 33. Fortasse etiam u. 23 *repersisses* scriptum fuit.

25. *compendi facere* Asin. II, 2, 41; Rud. I, 2, 90; Poen. I, 2, 138 al.

27. *mihi atque oculis meis* Trin. II, 3, 3: *consolatur me atque animum meum* et similia.

29. *tempestas,* tempus. Cas. prol. 8; Most. 17.

33a. *aucta liberis,* dictio sollemnis etiam de uno filio. cf. inf. II, 6, 35.

Quomqué bene prouenísti salua, grátulor. 33b
Phr. Concédite hinc uos íntro atque operite óstium. 34a
Tu núnc superstes sólus sermoní meo's. 34b
Tibi méa consilia sémper summa crédidi. 34c
Equidém neque peperi púerum neque praegnás fui.
Verum ádsimulasse me ésse praegnatem haúd nego.
Di. Quaprópter o mea uíta?
Phr. Propter mílitem
Babylóniensem quí quasi uxorém sibi
Me habébat annum dum híc fuit.
Di. Ego sénseram.
Sed quíd istuc? quoi rei te ádsimulare réttulit?

33b. Cumque *BCD*, cumq· *A* — prouenisti *A*, preuenisti *B*, puenisti *C*, ꝑuenisti *D* — gratulor *A*, gaudeo *BCDb*, gaude *Da* — saluagaudeo *C*. — 34a *et* 34b *accesserunt ex A*, *om*. *BCD* — adq· *A* — operit *A* — meo es *A*. — 34c. tibi *CD* — tibimea *C* — semper summa *A*. summas semper *B*, summas Semper *CD* — credidi *A*, crebri *BC*, crebi *Da ex* creui *fact*. — 35. equidem *CD* — neq· peperi *A*, nec perperi *B*, nec peperi *CD* — neq· praegnas *A*, nā pregnā *B*, nec pregnam *C*, nec pregnāns *Dc*, nec pregna, *ut uidetur*, *Da* — Fui *CD*. — 36. uerum *CD* — adsimulasse me esse *A*, adsimulaui meis se *BCD* — praegnatem *A*, pregnatem *B*, pregnantem *CD nisi quod* sepregnantem *D* — haud nego *A*, haud ego *BCD*. — 37. Que propter *B*, Quę propter *CD* — o mea uita *B*, meam uitam *C*, meā uitā *D*. — 38. Babiloniensem *B*, babiloniensem *CD* — Qui *CD*. — 39. me *CD* — annum dum *Cam.;* anno umdū *B*, annoum dum *CDa*, anno uno dum *Db* — ego *B*, Ego *CD*. — 40. sed *CD* — istuc *B*, istic *CD* — cui reitē *BD*, cuirei item *C* — retulit *BCD*. —

33b. *bene prouenisti*, inf. II, 6, 35: *recte prouenisti;* Rud. III, 5, 57: *proueni nequiter multis modis;* Stich. II, 2, 73: *prouenisti futtile;* Men. V, 5, 61: *nimis prouentumst nequiter*. — *gratulor A*, *gaudeo BCD*, utrumque Plautinum, cf. Rud. IV, 4, 135; Stich. II, 2, 62 et Amph. II, 2, 49; Men. V, 9, 87.

34a. Seruas adloquitur.

34b. *superstes*, Fest. p. 305 M: '*superstites* testes praesentes significat, cuius rei testimonium est quod superstitibus, praesentibus, i inter quos controuersia est uindicias sumere iubentur. Plautus in Artemone: *Nunc mihi licet quiduis loqui: nemo hic adest superstes*.' Cf. Cic. pro Mur. c. 12.

37. *uita*, Cas. I, 47.

39. *annum*, Bacch. V, 1, 11: *memorat*, *sibi eam hunc annum conductam*.

Phr. Ut ésset aliqui láqueus et redimículum,
Reuórsionem ut ád me faceret dénuo.
Nunc húc remisit núper ad me epístulam,
Sese éxperturum, quánti sese pénderem.
Si quíd peperissem, id éducarem ac tóllerem:
Bona súa me esse habituram ómnia.
Di. Auscultó lubens.
Quid dénique agitis?
Phr. Máter ancillás iubet,
Quoniám iam decumus ménsis aduentát prope,
Aliam áliorsum ire praémandare et quaérere
Puerum aút puellam quí supponantúr mihi.
Quid múlta uerba fáciam? tonstricém Suram

41. laqueus *Cam.*: si aqueust *B*, si aquę usq ē *D*, siaquę usque est *C*. — 42. Reuersionem *B*, reuersionem *CD* — Vt *CD* — adme *C*. — 43. nunc *CD* — adme *C* — epistulam *B*, Epistulam *CD*. — 44. sese *CD* — penderem *Z*, perderem *BCD*. — 45. Siquid *CD*. Si quod *B* — peperissem educarem (*omisso* id) *Z*, peperissem ide carē *B*, peperisse mi decarem *C*, peperissemi decarem *D* — ac tollerem *B*, attollerem *CD*. — 46. Bona sua me esse habituram omnia *Speng.*; Bona summe habiturum omnia esse *B*, bonasumme Habiturum omā esse *C*, bona summe Habiturum omnia eē *D* (habituram *iam Gepp.*) — libens *BCD*. — 47. quid denique *D*, quiddenique *C* — Mater *CD*, mather *B*. — 48. quoniam iam *D*, qm̄ iam *C*, Quoniam non *B* — decimus *BCD* — Prope *CD*. — 49. Aliam aliorsum *Z*, Alia maiorsum *B*, alia maior sum *C*, alia maiorsum *D* — irę *D* — pre mandare *B*, premandare *C*, prę̨mandare *D* — querere *BCD*. — 50. aut *in B suppleuit Ba* — qui soupponantur *B*, quis opponantur *cum spatio C et sine spat. D*. — 51. quid *Dc*, qui *CDa*, Qui *B* — Verba *CD* — tronstricem suram *B*, tonstricem surā *D*, tonstricemsuram *cum spat. C*. —

41. *redimiculum*, Fest. p. 273 M: 'redimiculum uocant mulieres catellam qua maxime utuntur ornatus causa.'

42. *reuorsionem faceret*, Bacch. II. 3, 62.

46. Licet etiam *me habituram esse omnia* cum Gepperto.

47. *quid denique agitis*, eadem uerba Bacch. II, 3, 60. *denique* idem est atque *tandem* in interrogatione. — *mater* scil. mea.

49. *praemandare*, quia miles nondum adest. Hoc uocabulo utitur Cic. ad fam. 5, 9. Cf. Trin. II, 2, 54; Stud. Mus. Rhen. 1866. p. 596.

Nouístin nostram, [*nóstras*] quae erga aedís habet?
Di. Noui.
Phr. Haéc *dat* operam, círcuit per fámilias,
Puerúm uestigat, clánculum ad me détulit.
Datúm sibi esse díxit.
Di. O mercís malae!
Eum núnc non illa péperit quae pepérit prior
Sed tú posterior.
Phr. 'Ordine omnem rém tenes.
Nunc út praemisit núntium milés mihi,
Non múlto post hic áderit.
Di. Nunc tu te ínterim

52. Nouistin *Speng.;* Nouisti *Z*, Noui si *B*, noui si *D*, nouisi (nouisinostram) *C* — nostram nostras *Speng.;* nostram *BCD* — quē *D*, quem *BC* — Erga *CD* — aedis habet *Lips.:* aedē sese habet *B*, aedem sesehabet *C*, ędem sese habet *D*. — 53. Noui hec *B*, nouihaec *C*, noui haec *D* —, dat operam *Gepp ;* ut opera *BCD* — circumit *B*, circum it *CD* — Per *CD*. — 54. puerum *CD* — clanculum *B*, clanculit *C et, ut uidetur, Da*, clanculù *Dc* — adme *C*. — 55. o mercis *B*, mercis *CD* — male *BD*, male· *C*. — 56. Eum, nunc *C* — que *B*, quę *C*, quae *D* — prior *Z*, patior *BCD*. — 57. sed *CD* — sedtuposterior· *C* — ordine *B*, Ordine *CD* — tenes *CD*, tenis *B*. — 58. nunc *CD* — premisit *B*, pręmisit *C*, p̄misit *D* — nuntium *BC*, nuncium *D* — milles *BCD*. — 59. hec *B*, hęc *CD* — aderit *Dc*, aderet *Da* — tute *BCD*. —

52. Non minus necessarium est *nostram* quam *nostras*. De priore cf. inf. IV, 4, 3: 'tonstricem *meam* sic mulcatam male' et IV, 2, 59: 'tonstricem *huius*.' — *habet*, habitat, uid. sup. I, 1, 51; 58.

53. *circumire* uel *circuire* quattuor syllabarum est Rud. I, 1, 52; Asin. III, 3, 152; Curc. III, 81; Men. II, 1, 6; semel trium syllabarum Pseud. III, 2, 109: *Ne fídem ei haberem: nam eúm circumire in húnc diem*, ubi hauscio an delendum sit *nam*, quod sane licet sine detrimento sententiae.

54. *uestigat*, cf. Rud. I, 2, 23. — Mutaui distinctionem. Iungebatur enim: *uestigat clanculum, ad me detulit.* Id imprimis cauendum erat, ne puer, ubi in domum deferretur, a uicinis conspiceretur. — *uestigat detulit,* de mutato tempore praeter alios locos permultos confer simillimum Cas. prol. 42: *Exorat aufert detulit recta domum.*

55. *mercis malae* Cas. III, 6, 23: *noui ego illas malas merces.*

58. *ut praemisit*, latet hic nexus: ut ex nuntio audiui quem praemisit. cf. Cist. IV, 2, 51.

59. *nunc* noli mutare, etsi u. 58 idem uocabulum legitur, cf. Pseud. III, 1, 9; 13; 15; al.

Quasi pró puerpera híc procuras?
Phr. Quíppini,
Ubi síne labore rés geri pulcré potest?
[Ad suum quemque aequomst quaestum esse callidum.]
Di. Quid mé futurumst, quándo miles uénerit?
Relíctusne abs te uíuam?
Phr. 'Ubi illud quód uolo
Habébo ab illo, fácile inuenio, quó modo
Diuórtium et discórdiam inter nós parem.
Post íd ego tecum, méa uoluptas, úsque ero
Adsíduo.
Di. Immo hercle uéro adcubuo máuelim.

60. quasi *CD* — puerpera *Z*, puera *BCD* (quasipropuera *C*) — Hic *CD* — procurast *BCD* — quipini *D*. — 61. ubi *CD* — lauore *B* — pulcri *B*, pulchri *CD*. — 62. *Hunc uersum uncis inclusit Speng.* — Adsū quē-que *BD et nisi quod* quemque *C* — equum est *B*, aequum est *C*, ęquum est *D* — questum *BC*, quęstum *D* — callidum *cum spatio C*. — 63. quidme *C*, quid me *D* — futurun est *B*, Futurum est *CD*. — 64. Relictus ne abste *B*, relictus neabste *C*, relictus ne abste *D* — uiuā *D* — Vbi *CD*. — 65. habebo *CD* — inuenio *B*, inueniam *CD* — quomodo *BCD*. — 66. discordia *BCD* — parē *D*. — 67. Post ida *B*, postid *C*, post id *D* — tecum *Both.*: totum tecum *C*, totū tecum *B*, totū tecū *D* — mea uoluptas *Z*, mea uoluntas *B*, Meauoluntas *C*, Mea uoluntas *D* — ęro *D*, aero *BC*. — 68. Adsiduo *B*, assiduo *CD* — immohercle *C* — accubuo Mauelim *CD*, accubu orna uelim *B*. —

62. Hic uersus ex Asin. I, 3, 34 adscriptus esse uidetur, ubi haec leguntur: *Vera dico: ad suom quemque hominem quaestum esse aequomst callidum.* Vide etiam inf. V, 40. Quae autem praecedunt uerba aut ut supra feci cum Acidalio sic iungi possunt: 'Quippini hoc faciam, cum sine labore fieri possit?' aut pulsa est pristina lectio quae hanc fere sententiam prae se ferre poterat:

Vbi sine labore rés geri pulcré potest,
Occásione uténdumst opere máxumo.

65. *inuenio* praesenti tempore pro futuro ex dictione uulgari, cf. inf. II, 6, 17; Cas. III, 4, 1; Men. I, 1. 32 al.

67. *post id*, Trin. II, 4, 128; Aul. IV, 10, 19, his quoque locis ab initio uersus. Praeterea apud Nostrum *postea*, *posthac*, *post id locorum*, *postidea*, *postibi* frequentantur.

68. Luditur uoce *adsiduo*, quam Phronesium pro *semper*, Diniarchus pro *adsidens* accipit. — *adcubuo*, uide Lachm. ad Lucr. p. 307.

Phr. Dis hódie sacruficáre pro pueró uolo,
Quintó die quod fíeri oportet.
Di. Cénseo.
Phr. Non aúdes aliquod dáre mihi munúsculum?
Di. Lucrum hércle uideor fácere mihi, uoluptás mea,
Ubi quíppiam me pósces.
Phr. At ego ubi ábstuli.
Di. Iam fáxo hic aderit: séruolum huc mittám meum.
Phr. Sic fácito: quicquid *áderit*, *d*ona.
Di. Cónsula*m*.
Phr. Ecástor munus té curaturúm scio
Ut quoíus me non poéniteat mittás mihi.

69. Dis *Speng.;* Quin dis *Z*, Quin his *B*, quinhis *C*, quin his *D* – sacruficare *BCD* — propuero *C* — *Post* uolo *repetuntur in B:* Adsi do immo hercle uero', *in CD:* adsido Immo hercle uero *nisi quod* Immohercle *C*. — 70. quinto *CD* — quod fieri *Z*, quod fleri *BD*, quodfleri *C* – oportet *Z*, optet *BCD* — censeo *CD*, icenseo *B*. — 71. aliquod *CD*, aliquid *B* – dare mihi munusculum *Cam.;* mihi dare munusciuilim *B*, mihi dare munus ciuilium *CD nisi quod* mihidare *C*. — 72. lucrum *C*, lucrū *D* – Videor *CD* — facerē *BD*, facerem *C* — uoluntas *BCD* — mea *Cam.;* mehi ea *B*, meheia *C*, me heia *D*. — 73. ubi *CD* — Posces *CD* — abstuli *Cam.;* abstulit *CD*, astulit *B*. — 74. iam *CD* — iamfaxohic *C* – Mittam *CD*. — 75. sic *C*, sic *uel* sio *D*, Sit *B* — aderit dona. *D*. Consulam *Speng.;* ait uierit bona consulas *BCD*. — 77. ut *CD* – cuius *BCD* – menon *C* — peniteat *BC*, penite at *D* — mittas *Cam.;* mitta *B*, Mitte *CD*. —

69. Deleui *quin*, quod ex proximi uersus exordio irrepsisse uidetur neque hoc loco ferri potest ex more Plautino.

70. Graecorum morem poeta sequitur. Apud Graecos enim infans quinto die lustrabatur, apud Romanos octauo puella, nono puer. Vide Scalig. — *censeo* assentientis est Curc. II, 2, 29; Cas. II, 3, 9 al.

71. *non audes*, Asin. II, 4, 70; Pseud. I, 1, 76. – Licebat etiam *mihi munusculum dare.* Alii defendunt *darē*.

75. Ita dubitanter scripsi hoc sensu: Quicquid tibi in promptu erit, mihi dono mitte. Respondet Diniarchus: Bene curabo et consulam, quae dona tibi mittantur, ut te digna sint. – *aderit* cf. inf. IV, 2, 52. – *consulam* Cist. III, 4; Trin. II, 4, 171.

77. *non poeniteat*, quo contenta sim, inf. II, 6, 52; Rud. II, 7, 20; Stich. I, 1, 50. – Ceterum fortasse *poenitet*.

Di. Num quíppiam aliud mé uis?
Phr. Ut quando ótium
Tibi sít ad me reuísas et ualeás.
Di. Vale. —
Pro di ímmortalis, nón amantis múlieris
Sed únanimantis sóciae fidentís fuit,
Offícium facere quód modo haec fecít mihi:
Suppósitionem púeri quae mihi crédidit,
Germánae quod sorórí non credít soror.
Osténdit sese iám mihi medúllitus,
Se mihi ínfidelem númquam dum uiuát fore.
Egone íllam ut non amem, égone illi ut non béne uelim?
Me pótius non amábo quam huic desít amor.

78. num *C*, nū *D* — quirpiam *B* — aliud me uis *Gepp.;* me uis aliū *B*, meuis alium *C*, me uis alium *D* — otihum *B*. — 79. Tibisit *C* — adme *C* — reuisas et *Gepp.;* reuisast *BCD*. — 80. Pro di *B*, prodii *C*, pro dii *D* — immortalis *B*, immortales *CD* — Amantis *CD*. — 81. sed *CD* — unanimantis sociae *Goell.;* sotie unanimantis *BCD nisi quod* sedsotie *C et* sotie *ex* solie *fact. B* — fidentisfuit *B*. — 82. quod modo *BD*, quomodo *C* — hec *B*, hęc *CD* — fecit *Cam.;* ficit *B*, facit *CD*. — 83. suppositionem *C*, suppositionē *D* — puerim *B* — quae *Cam.:* quem *B*, Quem *C*, Quē *D* — mihi credidit *Z*, hi^{n}c redidit *Ba*, hinc reddidit *C*, hunc reddidit *D*. — 84. Germane *B*, germane *CD* — sororī *B* — noncredit *C*. — 85. Ostendis sese iam mihi *Non. p.* 139, Ostendit mihi iam sese *BCD nisi quod* iamsese *C*. — 86. se *CD* — semihi *C*, *om. Non.* — nūquam *B*, numquam *CD* — dum uiuat *cod. Paris. apud Gepp.;* dum uiuam *Non.;* ne uiuat *B*, Neuiuat *C*, Ne uiuat *D*. — 87. egone *D*, ego ne *C* — illi ut *Cam.;* illud *BCD* (egoneillud *D*) — non *CD*, ñ *B*. — 88. Mepotius *D* — nonamabo *C* — de sit *C*. —

78. *Num quippiam aliud me uis?* Sic recte Geppertus olim coll. Pers. IV, 8, 4, ubi eadem uerba leguntur, neque in ipsa editione scribere debebat: *Num quicquam me uis aliud?* quod non est Plautinum. cf. Cas. III, 5, 53: Pseud. I, 3, 134.

79. *reuisas,* ut supra II, 2, 65.

82. *officium facere* — sic enim iungendum — Cist. IV, 1, 5: *faciundumst puerile officium.*

85. *medullitus,* ex intimo, Most. I, 3, 86: *ut uideas eam medullitus me amare.* Eodem uerbo utuntur Varro (u. Non. l. l.) et Apuleius imitator Plauti. — *ostendit sese* Asin. V, 2, 12.

86. *dum uiuat* Curc. V, 2, 64: *ut semper dum uiuat me alat;* Pers. IV, 3, 24: *mei memineris dum uitam uiuas.*

88. *desit amor* h. e. quam non ametur a me.

Ego istí non munus míttam? iám modo ílico
Iubébo ad istam quínque perferrí minas,
Praetérea [*obsonium*] óbsonari *uná* mina.
Multo ílli potius béne sit quae bene uólt mihi
Quam míhimet omnia quí mihi fació male.

89. ego *CD* — Munus *CD* — iam modo *CD*, iammo *B* — ilico *Gul. nisi quod* eloco *scripserat*, ex hoc loco *BCD nisi quod* exhoc lo co *C.* — 90. iubebo *CD* — Perferri *CD* — Perferriminas *C.* — 91. Preterea *B*, preter ea *C*, praeterea *D* — obsonium obsonari *Speng*; obsonari *BCD* — una mina *Speng.*; dum taxat at mina *BCD nisi quod* dūtaxat *C*, dū taxat *D.* — 92. sit quae *Speng.*; eritq; *B*, erit que *C*, eritꝗ *D* — uult *BCD.* — 93. quam *CD* — mihi met *B* — Omnia *CD* — qui *BC nisi quod* i *e corr. C*, quę *D* — facio *Cam.*; facto *BCD* — male *Gepp.*; mala *BCD* — PHRONESIV̄ MERET̄ *add. Db.*

89. *iam modo*, statim, Amph. II, 2, 62: *iam dudum modo.* Simile est Praenestinorum *tammodo* Trin. III, 1, 8.

90. *perferri*, deferri, quo sensu cum alibi non inueniatur apud Nostrum (semper enim aut *nuntiare* aut *tolerare* significat), admodum probatur *deferri*, quod suadet Studemund.

91. *obsonium obsonari* scil. iubebo. Stich. III, 1, 36: *obsonabo obsonium*; Bacch. I, 1, 63: *obsonatum opulentum obsonium*.

92. *potius bene sit*, u. Amph. III, 2, 54; Asin. IV, 1, 53; IV, 2, 7 al.

93. Corruptela latere uidetur.

PHRONESIVM.

II, 5. Puero ísti date mámmam. —
'Vt miserae matrés sollicitaeque éx animo sunt crúcianturque!
'Edepol conmentúm male.
Quomque eám rem in corde ágito,
Nimió minus perhibémur
Malaé quam sumus ingénio.
Egó prima dé me domó docta díco.
Quantást cura in ánimo, quantúm corde cápio
Dolórem, dolús ne occidát morte púeri!

PRONESIVM MERETRIX· *B*, PHRO NESIVM· MERETRIX *C*, *unam lineam uacuam reliquit D.* — 1. Puero *BC*, uero *cum spat. init. D* — mammam *CD*, amam mā *B.* — (2). ut misere *B*, utmiserę *C*, ut miserę *D* — matris *C* — solliciteque *BC*, sollicitęque *D* — Ex animo sunt *Z*, Ex animos uni *BD*, Exanimos uni *C* — crucianturque *Cam.;* cruciant que *BC*, cruciant quę *D.* — (3). edepol *BCD* — conmentum *B*, commentum *C*, cōmentum *D.* — (4). Cumque *BCD* — eamrem incorde *C* — agit onimio *BCD.* — (6). Male *BCD.* — (7). ego *BCD* — deme *BCD* — domo docta *Goell.;* modo dicta *BCD* — dico *Speng.:* dicito *BCD* — dictadicito *C.* — (8). Quanta est *BD*, Quantaest *C* — inanimo *C.* — (9). dolorem Dolus *CD.* —

1. Numeros feci (1)(4) dim. bacch.; (2) tetr. troch. ac.; (3) dim. troch. cat.; (5) (6) dim. iamb. cat. — Partim alia Stud Zeitschr. f. Gymn. Berl. 1864. p. 541 sq. — Prima uerba ancillis dicit Astaphium ad interiorem domum conuersa.

(3)—(6). Rectius hos numeros describere mihi uisus sum quam tetram. bacch. duos.

(7). *egó* metiri licet in numeris bacchiacis et creticis. — *de me*, Amph. II, 2, 7: *ipsa de me scio* — *domo docta*, a me ipsa docta, Cist. II, 1, 2; Merc. II, 3, 20; Poen. I, 2, 7. — Elegans est alliteratio et huius uersus et proximorum. — Numeros bacchiacos esse intellexit Bothius.

Matér dicta quód sum, eo magís studeo uítae,
Quae hunc tántum dolúm sum ausa dé me adgredíri.
Lucrí causa auára probrúm sum execúta.
Aliénos dolóres mihí supposíui.
[*Nam*] núllam rem opórtet dolóse adgredíri,
Nisí [*si*] astute ádcuratéque exsequáre.
Vosmét iam uidétis, ut órnata incédo.
Puérperio egó nunc aegrám me esse adsímulo.
Mále quod mulier fácere incepit, nísi [*si*] ecficere pérpetrat,
'Id illi morbo*st*, íd illi seniost, éa illi miserae míseriast.
Béne si facere incépit, eius *rei nímis* cito odium pércipit.

(10). Mater *B*, mater *C*, mat̃ *D* — eo magistudeo *B*, eomagis Studeo *CD* — uite *B*, uitę *CD*. — (11). Que *B*, que *C*, quę *D* — hũc *B*, huc *D*, *om. C* — tantum dolum sum ausa de me *Speng.*; ausa sum tantundē dolum *BD* (*nisi quod* dolũ *D*), ausasum tantum dem dolum *C* — adgrediri *Cam. et B manu aliquanto posteriore fort. Camerarii*, adgrediar *BaCD*. — (12). Lucri *CD*, lucri *B* — auara *CD*, Auara *B* — executa *C*. — (13). alienos *BCD* — Mihi *CD* — supposiui *B*, supposui *CD*. — (14). Nam nullam *Speng.*; Nullam *B*, nullam *CD*. — (15). Nisi si *Both.*; nisi *BCD* — astute *B*, Astute *C*, Astutę *D* — accurateq; *B*, accurateque *C*, accuratęque *D* — exsequare *Z*, exsequere *B*, exequere *CD* — *Sequitur unius uel duarum litterarum spatium in D et spatiolum in C.* — (16). Vosmet *B*, uos met *C*, uosmet *D* — incedo *B*, Incędo *C*, Incedo *D*. — (17). puer perio *BC*, puerperio *D* — Ego *B*, ego *CD* — aegram me esse *Speng.*; me essē egram *B*, me essem egratia *C*, me esse ęgrã *D et*, *ut uidetur*, esset *ante rasuram*. — (18). nisi si *Both.*; nisi *BCD* — efficere *BCD*. — (19). morbost *Speng.*; morbo *BCD* — senio *B*, senio est *CD* — misere *BC*, miserę *D* — miseriast *BCD*. — (20). Bene si *B*, si Bene *CD* — rei nimis cito *Speng.*; enĩ scito *B*, enim cito *C*, enĩ cito *D*. —

(10). *studeo uitae* non pueri, ut Taubmannus uult, sed meae. Puerperae enim in periculo uitae sunt.

(11). *de me* uid. supr. u. (7).

(12). *auara* uid. Fleck. Krit. Misc. p. 11 sq.

(15). Capt. II, 1, 26: *Nam doli non doli sunt nisi astu colas.* — *Nisi* [*si*] cf. inf. III, 2, 2; IV, 3, 8; V, 35 al. — *nisi* producitur in bacch. et cret. — Praeterea in promptu est: *Nullám rem* [*te*] *opórtet* et duce Gepp.: *Nisi astute* [*eam*] *adcurateque*.

(17). Non me fugit alias quoque emendandi uias patere. — (1)—(17) in B his uocabulis terminantur: *sollicitaeque* — *male* — *perhibemur* — *dicito* — *capio* — *pueri* — *uite* — *causa* — *supposiui* — *astute* — *exsequere* — *puer perio* — *adsimulo*.

(20). *odium percipit* cf. Amph. V, 1, 66; Stich. II, 2, 17. Nominatiuus

Nímis quam paucae súnt defessae, mále quae facere occéperunt:
Nímisque paucae ecfíciunt, si quid fácere occeperúnt bene.
Múlieri nimió male facere léuius onus est quám bene.
'Ego quod mala sum, mátris opera mála sum et meapte málitia:
Quaé me grauidam esse ádsimulaui míliti Babylónio.
Eám nunc malitiam ádcuratam míles inueniát uolo.
'Is hic haud multo póst credo aderit: núnc prius praecaueó sciens
Eúmque ornatum *ornáui*, grauida quási puerperió cubem.
Dáte mihi huc stactam atque ígnem in aram ut uénerem Lucinám meam.

15. *Hic uersus abest a B* — Nimisquam *Cam.*; Nimis quę *CD* — pauce *C*, paucę *D* — defesse *CDb*, defecere *Da* — maleque *CD* — occeperunt *Cam.*: occeperent *CD*. — 16. Nimis que *B*, Nimis quę *CD* — pauce *BC*, paucę *D* — efficiunt *BCD* — siquid *CD* — facere occeperunt bene *Both.*: occeper̃ (*h. e.* occeperunt) bene facere *B*, occeperint bene facere *C et nisi quod* benefacere *D*. — 17. male facere *BCD* — leuius *Z*, melius *BCD* — onus est *B*, est onus *CD* — quambene *C*. — 18. opera mala sum et meapte *B*, operamalussumetme apte *C*, opera malus sum et me apte apte *Da et* mala *Dc* — malicia *C*. — 19. Que *BD nisi quod* Queme *D*, Quę *C* — adsimula ui *C* — babilonio *BCD nisi quod* militibabilonio *C*. — 20. eam *CD* (eamnunc *C*) — malitiam *B*, Maliciam *C*, Malitiam *D* — accuratam *B*, acuratam *C*, accuratā *D*. — 21. Is hic haud *Weis.*; Istic aut *B*, istic aut *CD* — Credo *CD* — praecaueo *Cam.*; Prece caueo *B*, prece caueo *C*, p̄ce caueo *D*. — 22. eumque *CD* — ornatum ornaui *Speng.* (*duce Both. qui* ornaui ornatum), ornatum ut *B*, Ornatum ut *C*, Ornatū ut *D* — puerperio cubem *Z*, puer plocubem *B*, puer per locubem (*et* quasipuer) *C*, plocĭbē (*sic*) *D*. — 23. date *CD* — Huc *CD* — stactam *Cam.*; eiectam *BCD* — igne minaram *BC*, igne minarā *D* — uenerer (*sic*) *Z*, bene rem *BD*, benerem *C* — Lucinam *Sarac.*; uicinam *BCD* — meam. *C*. —

est odium et supplendum *eam* ut Men. V, 5, 22: *priusquam percipit insania* scil. *eum*.

15. *nimis quam* cf. Capt. I, 2, 17; Most. II, 2, 79. — Excidit hic uersus in B propter simile initium uersus sequentis. — Noli de interpretamentis cogitare. Immo satis Plautina est haec dictio copiosior.

21. *'Is hic haud* recte se habet ex licentia quae primo maxime pede frequentatur.

23. *uenerem*, Bacch. II, 1, 4: *ueneroque te*. Imitatur Apuleius. Saepius *ueneror* forma etiam Noster utitur Rud. I, 4, 37; Trin. I, 2, 2 al. — Pro *meam* idem Saracenus *deam*, fortasse uere.

Híc adponite átque abite ab óculis. — eho, Pithécium,
Fáce ut adcumbam, accéde, adiuta: síc decet puérperam.
Sóleas mihi [*de*]dúce, pallium ínice in me huc 'Archilis.
'Ubi's Astaphium? fér huc uerbenam míhi tus et bellária.
Dáte aquam manibus. núnc ecastor uénerit milés uelim.

24. apponiteh *B*, apponite *CD* — ab ite *C* — oculis eho Pithecium *Cam.*; oculi seo pihecium *B*, oculis opihetium *cum spatio C*, oculis o pietium *D*. — 25. face *CD* — accũbam *B*, Accumbam *C*, Accũbam *D* — adiuta *Par. ed. p.*; adiutare *BC*, aduitare *D* — puerperam *Z*, pueri eram *BCD*. — 26. Solias *B*, solias *CD* — Mihi *CD* — deduce *Gepp.*; duce *BCD* — pallium *ex* sallium *fact. Da* — inice in me *Z*, minice in me *BD*, minice *C* — archilis *BCD*. — 27. Vbi est Astaphium *Z* (es *Par.*), Vbi saphilim *B*, ubi saphilim *CDa*, ubi staphilum *Dc* — fer *B*, Fer *CDb*, Fec *Da* — uerbenam *CD*, uerbanam *B* — tus *B*, thus *CD* (mihithus *C*) — etbellaria *C*. — 28. Date aquam *Z*, Data quam *B*, data quam *C*, data quã *D* — Nunc *CD* — ecastor *Z*, ecastorũ *BD*, ecastorum *C* — uenerit *Cam.*; ueniret *BCD* — miles *CD*, mles (*sic*) *B*.

26. *inice* cf. Pers. I, 3, 8.

27. Etsi facilis est traiectio *huc fer*, tamen etiam *fér huc* satis defenditur Poen. IV, 2, 71; Truc. II, 6, 33 al. — *uerbenam* Ter. Andr. IV, 3, 11. — *tus et bellaria* 'domi sacra fiebant uulgo infinitis de causis, etiam ob puerperium. Varro lib. 2 de uit. pop. Rom.: *Mensae anteponebantur cum culignis ac uino, in qua quae ueniebant ad foetum amicae gratulatum diis maetabant.* Tertull. de anima: *Dum in partu Lucinae ac Dianae eiulatur, dum per totam hebdomadem Iunoni mensa proponitur, dum ultima die fata scribunda aduocantur, quis non filii caput obsignat pro gentica, pro auita, pro publica aut priuata deuotione?' Guther. lib. 4 de iure Pontif. c. 7.*

STRATOPHANES. PHRONESIVM. ASTAPHIVM.

Stratophanes.

II, 6. Ne éxspectetis, spéctatores, meás pugnas dum praédicem,
Mánibus duella praédicare sóleo, haud in sermónibus.
Scío ego multos mémorauisse mílites mendácium.
'E*x* Homero *iam* ét post *illum múlti* memorarí potis,
Qui ét conuicti et cóndemnati fálsis de pugnís sient.
Nón laudandust, quoí plus credunt qui aúdiunt quam quí uident.

MILES MERETRIX ANCILLA· *B*, MILES· MERETRIX· ANCILLA· *C*, *unam lineam uacuam reliquit Da*, MILES MERET̃ STRATOPHANES ANCILLA *add. Dc.* — 1. Ne *BC*, e *cum spat. init. D* — expectetis *BD*, expectens *C* — predicem *B*, prędicem *C*, praedicem *D.* — 2. duella *Gron.;* duellis *BCD* — predicarē *B*, predicarem *C*, praedicarē *D* — insermonibus *CD.* — 3. memora iussē *B*, memorauis sem *C*, memorauis sē *D* — mendatium *B.* — 4. Ex Homero iam *Speng. (duce ex parte Stud.);* Et homero nidā *B*, Ethomeronidam *C*, Et homerodam *Da*, Et homeronidam *Db* — illum multi *Speng.;* illā illi *BD*, illam illi *C* — potis *Both.;* potest *BCD.* — 5. condēnati *B*, condempnati *C*, condēpnati *D* — pugnis *Cam.;* pugnas *BCD* — si ent *C.* — 6. Non laudandū est *BD*, Nonlaudandumest *C* — cui *BCD* — cuiplus *C* — credunt qui audiunt quam qui uident *Acid.;* credit qui audit quam qui uidet *B*, credit qui audit quam Quiuidet *C*, credit qui audit quam Qui uidet *D.* —

4. *potis*, Cas. II, 3, 2: *nec potis quisquam commemorari;* Mil. II, 6, 70 al.

6. Intellege: Non laudandus est is miles qui fortis esse creditur ab iis qui facta eius audiunt, non ab iis qui ea uident, h. e. cuius uirtus nunquam praesens conspicitur.

[Nón placet quem illí plus laudant qui aúdiunt quam quí uident.]
Plúris est oculátus testis [únus] quam aurití decem.
Qui aúdiunt, audíta dicunt: quí uident, plané sciunt.
Nón placet, quem scúrrae laudant, mánipularis mússitant.
Néque illi quorum língua gladiorum áciem praestringít domi.
Strénui nimió plus prosunt pópulo quam arguti ét cati.
Fácile sibi facúnditatem uírtus argutam ínuenit.
Síne uirtute argútum ciuem míhi habeam pro praéfica,
Quae álios conlaudát, eapse sése uero nón potest.
Núnc amicam décumo mense póst Athenas 'Atticas

7. *Vncis inclusit Speng.* — nonplacet *C* — quem *Acid.;* cum *BCD* — cumilliplus *C* — quiaudiunt *C* — quam *Z*, q (*sic*) *B*, Quia *CD*. — 8. pluris *CD* — testis unus *Paul. p.* 179 *M*; testis *BCD* — auriti *Paul;* aurite *BD*, auritę *C* — decem *Paul.;* dec& *B*, Decet *C*, Dec& *D*. — 9. qui *CD* — audita *Z*, auditas *BCD* — quiuident *C* — sciunt *B*, scient *C*, sient *D*. — 10. Nonplacet *C* — scurre *CD*, curre *B* — manipularis *BCD* — mussitan *B*, mus sitant *C*, musitan *Da*, musitant *Db*. — 11. prestringit *B*, p̄stringit *C*, praestingit *D*. — 12. arguti et cati *Z*, arguit eccati *B*, arguit ec cati *C*, arguteccati *D*. — 13. facunditate *Da*, facunditatē *Db* — argutam *Turn.;* arguta *BCD*. — 14. uirtuti *BCD* — mihihabeam *C* — pro praefica *Varro de l. l. VII, p.* 350 *Sp.*, praeficas *Non. p.* 67; ꝑfecta *B*, profecta *CD*. — 15. Que *BC*, Quę *D* — alios *Non.;* alias *BCD* — conlaudat eapse sese *Both.;* cōnlaudate apsa se *B*, conlaudate abse se *C*, c̄laudate abse se (*et* seuero) *D*, collaudare a se *Non.* — nonpotest· *C*. — 16. Nunc amicam *B*, nunc Amicam *CD*, nunc ad amicam *Non. p.* 457 — decimo *BCD Non* — postathenas *BD*, post at henas *C*, athenas *Non.* — atticas *BCD*, attiseas *Non.* —

7. Hic uersus ex u. 10 confictus esse uidetur.

10. *manipularis*, commilitones, homines militares, *scurrae*, ciues urbani et sectatores. Epid. I, 1, 13: *Scurra es. Ep. Scio te esse quidem hominem militarem;* Trin. I, 2, 165: *nihil periurius Quam urbani assidui ciues quos scurras uocant.* Most. I, 1, 15 *scurrae* et *rustici* inter se opponuntur.

11. *aciem praestringit* cf. Mil. I, 1, 4.

12. *strenui*, fortes, inf. V, 53; Epid. III, 4, 10.

14. *pro praefica* Non. p. 66: 'Plautus in Friuolaria: *superaboque omnes argutando praeficas.*'

16. Male uulgatur ex Nonio: *Nunc ad amicam.* Recte nostri libri omittunt *ad*, cf. Rud. II, 7, 34: *Nunc lenonem quid agat intus uisam conuiuam meum;* Rud. V, 1, 6: *Nunc alteram illam quae meast uisam huc in Veneris fanum;* Bacch. IV, 10, 9: *nunc Mnesilochum quod mandaui ui-*

Víso quam grauidam híc reliqui meó conpressu, quíd ea agat.
Phr. Víde, quis loquitur.
Ast. Iám propinque míles, mea Phronésium,
Tíbi adest Stratophanés: nunc tibi opust, aégram ut te adsimulés.
Phr. Tace.
Scio ego hoc. tu malum mé monitura 's, mé maleficio uínceres?
Str. Péperit mulier, út ego opinor.
Ast. Vín adeam ad hominém?
Phr. Volo.
Str. Eúge Astaphium: eccam ít mihi aduorsum.
Ast. Sálue ecastor, Strátophanes.

17. uiso Quam *CD* — hic reliqui *Non.;* reliqui *BCD* — conpressu *Non.*; conpressū *B*, compressu *C*, cōpressu *D* — quit *B*, quid *CD*, quod *Non.* — 18. Vide quis *Z*, Vibet qus *B*, Vibet quis *C*, Vib& quis *D* — propinque *B*, propinqua *CDa*, propinquat *Dc* — prhonesium *B*, Phronesium *CD.* — 19. tibi *CD* — ades strato phones *B*, ad es stratophones *C*, ades strato phones *D* — opust *Cam.;* opus est *B*, opus *CD* — aegram *B*, Egram *CD* — ut te *D*, utte *C*, mutte *B* — Adsimules *B*, assimules *C*, adsimules *D* — tace. (*sic*) *C.* — 20. Scio ego hoc. tu malum me monitura's *Speng ;* Cui adhuc ego tu mala meam emonet ruria *Ba* (*et* Quid adhuc ego tui ma-
eo i um
lum ammonitricis? *manus Camer. ut uidetur*), Cui adhuc ego tumala
ammonitricis?
meam emonet ruri a *C*, *cui superscripsit Cb*, Cui adhuc ego tu malam eamemonet ruri a *D* — me maleficio uinceres *Par.;* me mal ficio uincer
an me
est *Ba* (*et* an me maleficio uincere est *m. Cam.*), memafficio Vincerest (*nisi quod* amemafficio) *C*, *cui superscr. et* mafficio *in* malficio *mutauit Cb*, me (*nisi quod* ame) maficio Vincerest *D.* — 21. Peperit *Cam.;* Reperit *B*, reperit *C*, repperit *D* — uin adeam ad hommem. Phr. Volo *Pius;* uinadea aut hominem ut uolo *BCD nisi quod* Hominem *C*, Hominē *D et CD spat. post.* uolo. — 22. Euge Astaphium eccam *Z*, Eugasta phin maccam *B*, euge staphin maccam *CD nisi quod* maccā *Da*, m, æccā (*sic*) *Db* — it *Db*, id *BCDa* — mihi *BD*, inihi (idinihi) *C* — Aduorsum *CD* — salue *cum spat. C* — Ecastror *B*, ecastror *C*, ecastor *D* — stratio panes *BC*, statio panes *Da*, stratophanes *Db.* —

so, ubi plerique editores cum Acid. male *ad* inseruerunt. — *Athenas Atticas*, Epid. III, 4, 66; Rud. prol. 35; III, 4, 36 al.

17. *hic reliqui* cf. v. 32.

Quóm te saluom — —
Str. Scío: sed peperitne, óbsecro, Phronésium?
Ast. Péperit puerum nímium lepidum.
Str. 'Ecquid mei similíst?
Ast. Rogas?
Quín ubi natust [*ét*] machaeram et clýpeum poscebát sibi.
Str. Méus est: scio iam de árgumentis.
Ast. Nímium quidem similíst.
Str. Papae.
Iám magnust, iam *it ád* legionem, *quaé iam spolia réttulit?*
Ast. *Hódie* nudiusquíntus natus quídem ill*ic* est.
Str. Quid póstea?

23. Quom te saluom *Speng.*; Venire saluum *B*, uenire saluum *CD* — scios & peperit ne *B*, Sciosed peperit ne *C*, Scio sed peperit ne *D*, SRA *supersc. Db* — opsecro *B* — phronesium *CD*, pronesium *B*. — 24. peperit *CDa*, Apeperit *Db* — puerum· (*sic*) *C* — Nimium *CD* — ecquid *Da*, SRA *add. Db*, ehecquit *B*, haec quit (*cum spat.*) *C* — mei *Rit.*; mihi *BCD* — simille ẽ *BDa*, simille est *C*, simillis ẽ *Db* — rogas *Da*, Arogas *Db*. — 25. natust et *Speng.*; natust *BCD* — maceram *B*, macheram *C*, macherā *D* — clipeum *BD*, clippeum *C*. — 26. Meus *Da*, SRA Meus *Db* — quidem *Z*, quidui *BCD* — nimiumquidui *C* — similest *BCD* — pape *B*, Papa· (*sic*) *C*, Pape *D*. — 27. iam it ad legionem *Speng.*; iamneletat legionem *B*, iam ne lectat legionem *C*, iamne lectat legionem *D* — quae iam spolia rettulit *Speng.*; q̃s poliaret uelit *B*, q̄spoliaret Velit *C*, quam spoliarier Velit *Da et* spoliaret *Db*. — 28. Hodie *Kampmannus*, Ere *B*, ere *CD* — nudiis quintus *B*, nudius quintus *CD* — illic est *Speng.*; ille ẽ *B*, illeest *C*, ille est *D* — quit *B* — quidpostea *C*. —

23. *Quom te saluom* scil. redeuntem uideo, gaudeo. Ita enim scribendum uidetur coll. II, 4, 33; Amph. II, 2, 49; Men. V, 9, 87. Codicum scriptura *Venire saluom*, quae non minus Plautina (cf. Bacch. II, 2, 7; III, 3, 52; Epid. I, 1, 5; I, 2, 25; III, 3, 14; Trin. IV, 3, 66), ex interpretamento orta esse potest ut Epid. I, 2, 25 eadem sententia interpretamentis laborat. — De interpellato sermone confer Trin. IV, 3, 66: *St. Saluom te — — Ch. Scio et credo tibi.*

24. *mei:* semper enim *similis* cum genetiuo iungitur u. Ritschl M. Rh. n. VII p. 159. Cf. Amph. II, 1, 54; II, 2, 226; Asin. I, 1, 53.

26. Fortasse duce ex parte Bothio: *nimis quam tui similist.*

27. *it ad legionem*, Most. I, 2, 47: *ad legionem quom itur.* — *spolia* inf. u. 41 et 43. — *rettulit* Asin. II, 4, 35 et 38.

28. *hodie* cf. sup. II, 4, 69. — *quidem illic.* Licebat etiam traiectis uocabulis *quidem ille natus est.* —

'Inter tot diés quidem hercle iam áliquid actum opórtuit.
Quíd illi ex utero exítiost, priusquam póterat ire in proélium?
Ast. Cónsequere atque illám saluta et grátulare illí.
Str. Sequor.
Phr. 'Vbi ill*aec* obsecróst quae me hic relíquit [*atque*] *abs me àbstitit?*
Ast. 'Adsum adduco tíbi exoptatum Strátophanem.
Phr. Vbi is est, óbsecro?
Str. Márs peregre adueniéns salutat Nérienem uxorém suam.
Quóm tu recte próuenisti quómque es aucta líberis,
Grátulor quom míhi tibique mágnum peperistí decus.

29. aliquid actum *Both.*; actum aliquid *BCD nisi quod* aliquit *BCa*, aliquid *DCb*. — 30. Quit *B* — exitiost *BCD* — in proelium *B*, inplium *C*, in plium *D*. — 31. gratulare *Z*, gratulari *BCD* — illisequor *C*. — 32. illaec *Speng.*; illa *BCD* — obsecro est *BCD* — q; *B*, quę *CD* — me *om. Da*, *add. Dc* - reliquid *D*, reliquit *cum spat. C* — atque a me abstitit *Acid.* (abs me *Speng.*:), eabse abisti *B* (*ult. litt.* i *fortasse corr. ex* a), abse abisti *CD*. — 33. Adsū *B* — adduce *BCD* — strato pane *B*, stratopanen *C*, stratopanē *Da*, stratophanē *Db* — ubi is est *Z*, nubilis est *BD*, nubilisest *C* — Obsecro *CD*. — 34. mars *CD* — neriene *B*, nerienem *C*, nerienē *D* — uoxorem *B*, Vxorem *CD*. — 35. Cum *B*, cum *CD* (cumturecte *C*) — cumque es *Z*, quā qua es *BD*, quam qua es (esaucta) *C*) — Liberis *CD*. — 36. gratulor *CD* — cum *BCD* — cummihi *C* — peperisti *Z*, deristi *BCD* — deristidecus *C*. —

quid postea h. e. quid inde sequitur? quid hoc ad rem refert?

32. Haec Phronesium alta uoce loquitur, ut miles exaudiat. Simulat enim se nescire, quo abierit Astaphium. — *abs me abstitit*, me reliquit. Men. V, 2, 27: *quid ille autem abs te iratus destitit?* quo uersu etiam illud *abs me*, quod supra posui, comprobatur.

33. *tibi exoptatum* cf. supr. I, 2, 15.

34. *Nerienem* Gell. N. A. XIII, 22: 'Super ea re audiui non incelebrem hominem dicere, nimis comice Plautum imperito et incondito militi falsam nouamque opinionem tribuisse, ut Nerienem coniugem esse Martis putaret. Sed id perite magis quam comice dictum intelleget, qui leget Cn. Gellii annalem tertium, in quo scriptum est, Hersiliam, cum apud T. Tatium uerba faceret pacemque oraret, ita precatum esse: *Neria Martis te obsecro pacem dare* — — per quod apparet, non esse id poetice a Plauto dictum, sed eam traditionem fuisse, ut Nerio a quibusdam uxor esse Martis diceretur.' — *Neriĕnem* paenultimam corripit ut in Ennii fragmento, quod Gell. l. l. infra affert: *Nolo égo Neaeram té uocent sed Nérienem.*

35. *prouenisti* cf. sup. II, 4, 33.

36. *Quom — prouenisti*, *gaudeo*,

Phr. Sálue, qui me intérfecisti paéne uita et lúmine
Quíque mihi magnós dolores pér uoluptatém tuam
Cóndidisti in córpus, quo nunc étiam morbo mísera sum.
Str. Eía haud ab re, méa uoluptas, tíbi istic obueńit labos.
Fílium peperísti, qui aedis spóliis opplebít tuas.
Phr. Múlto ecastor mágis oppletis trítici opust granáriis,
Ne ílle priusquam spólia capiat, híc nos exstinxít fames.
Str. Hábe bonum animum.
Phr. Suáuium sis hínc pete. ah, nequeó caput
Tóllere: ita dol*ét* itaque egome*t dólui* neque etiám queo
Pédibus mea sponte ámbulare.
Str. Sí plane ex medió mari

37. pene *BCD* — uita *Z*, ut ulta *BD*, ut ultra *C*. — 38. Quiquē *B*, quiquem *C*, quiquē *D* — mihi *Z*, ibi *B*, Ibi *CD* — magnos dolores *Z*, magni doloris *BD*, magnidoloris *C* — peruoluptatem *C* — tuam *cum spat.* *C*. — 39. condidisti *CD* — In corpus *D*, Incorpus *C* — miserasum *C* *cum spat.* — 40. eia haud ab re *Cam.*; Cela adobrē *B*, celaad Obrem *C*, cela ad Ob rem *D* — istic obuenit labos *Goell.*; obuenit labos istec *BCD*. — 41. filium *CD* — filiumpeperisti *C* — Qui *CD* — edis *B*, aedis *C*, ędes *D* — opplebit *Z*, oppleuit *BCD*. — 42. multo *CD* — oppletis *BCD* — tritici opust *Both.*; opus ē tritici *B*, Opus est tritici *CD* — granareis *B*, granarii *CD*. — 43. ne *CD* — prius quam *CD* — hinc *B*, Hinc *CD* — extincxit *BD*, extinxit *C*. — 44. Habe bonum animum *Z*, Habebo unu manunt *B*, habebo unum anunt *C et nisi quod* unū *D* — sauium *B*, suauium *CD* — Sis *CD* — hinc pete *Speng.*; pete hinc *BCD* (Sispete hinc *C*) — ah *Both.*; ab *BCD* (abnequeo *C*). — 45. ita dolet *Speng.*; *Stud.*; ita do ut *BD*, itado ut *C* — egomet *Speng.*; ego me *BCD* — dolui *Speng.*; dulo (medulo) *B*, dolo *CD* — eliam (*sic*) *B*, iam *CD*. — 46. pedibus *CD* — Mea sponte *CD*, meas ponite *B* — sih *BCD* — plame *D* — mari *B*, maria *CD* (exmediomaria *C*). —

quom — peperisti. Similia sunt Cist. II, 1, 50: *di faxint — nisi — efflixero, nisi tu illam remittis;* Aul. II, 8, 10: *si quid prodegeris, — egere liceat, nisi peperceris.*

37. *interfecisti uita,* Gell. XII, 7: *mulier uirum et filium uita interfecerat.*

40. *haud ab re*, non sine lucro Capt. II, 2, 88; Asin. I, 3, 71.

42. *opŭst* corripitur.

43. Licet etiam *Nē ĭlle* cum hiatu.

44. *caput tollere*, ut osculum ei offerat, quia magna statura est miles.

45. Legebatur *itaque egŏ nunc.* At neque producitur *ego* in tetr. troch. cat. et debebat collocari: *ita ego dolui itaque nunc doleo.* — Pro *egomet dolui* aliud latere potest uelut *ego me crucio* coll. Bacch. III, 3, 89.

46. *mea sponte*, non nisi adiuta ab ancillis.

Sáuium tuom pétere iubeas, pétere hau pigeat, mél meum.
'Id ita experta 's *ét* nunc experiére, mea Phronésium,
Mé te amare. addúxi ancillas tíbi eccas ex Suriá duas.
'Is te dono. addúce hoc tu istas. séd istae reginaé domi
Suaé fuerunt ámbae, uerum pátriam ego excidí manu.
'Is te dono.
Phr. Poénitetne té, quot ancillás *alam*,
Qui étiam *alienas* súperadducas, quaé mihi comedínt cibum?
Str. Hóc quidem hercle ingrátumst donum. cédo tu mihi istam pérulam.

47. sauium *C et nisi quod prius* u *ex corr. Da* — tuum petere *Both.*: petere tuum *B*, Petere tuum *CD* — hau *B*, haud *CD* — mel meum *Both. duce Cam.*; me imme in meum *B*, me inme inmeum *C et nisi quod* in meum *D*. — 48. Idita *C* — experta's et *Speng.*; *Stud.*; esse experta eẽ *B*, esse experta es *CD* (expertaes *C*) — me aphonesium (*sic*) *Ba*, mea phronesium *CD*. — 49. eccas *CD*, cecas *B* — ex syria *Z*, exuri *BCD*. — 50. Iste dono *B*, Istas dono *CD* — iste regine *B*, reginę *CD* — domi Sue *B*, domisuę *CD*. — 51. fuerunt *Both.*; fuere *BCD* — ambe *B*, Ambae *C*, Ambę *D* — excidi *CD*, excida *B*. — 52. Iste *B*, iste *CD* — penitet nete *B*, penitetne (*ult. litt. ex corr.*) Te *C*, penitet ne Te *D* — quot ancillas alam *Speng.*; quod ancilla siam *B*, quod ancillast iam *CD*, quod ancillam solam *Don.* (*ad Eun. V*, 7, 12). — 53. Qui etiam alienas superadducas *Speng.*; Quin etiã men super adducas *BCD nisi quod* quin *CD et* et iam *C* — que *B*, quę *CD* — Mihi *CD* — comedint cibum *Cam.*; com& incibum *B*, comet incibum (*nisi quod* Mihicomet) *C*, cometin cibum *D*. — 54. hoc *CD* — hocquidem *C* — hercle ingratum est *Gepp.*; hercles ingratust *B*, hercle si ingratum st *CD nisi quod* ingratumst *D* — Donum *C*, Donũ *D* — tumihi *C* — perulam *Speng.* (*auctore Grut. qui* puere perulam); puere peruiam *BD*, puere per uiam *C*. —

50. ***hoc***, huc, cf. Brix. ad Capt. 477.

52. ***Is te dono.*** Consulto haec uerba repetit magnifico suo munere inflatus. — ***poenitet***, 'parum est', ut interpretatur Donat. ad Eun. V, 7, 11. Cf. Caes. b. c. II, 32 al.

53. ***mihi*** producitur. — ***comedint*** cf. Trin. I, 2, 65; Curc. IV, 4, 4; Bacch. IV, 4, 91.

54. ***Hoc quidem hercle ing. d.*** Haec secum loquitur ut u. 61. Deinde puerum uocat. Ex perula pallam et cetera dona promit. — ***puere*** glossema est.

Méa uoluptas, ádtuli eccam pállulam ex *Phrygiá* tibi.
Téne tibi.
Phr. Hocin mihi ób labores tántos tantillúm dari!
Str. Périi hercle miser: iam aúr[*ichalc*]o cóntra constat fílius,
['*Et*] etiamnunc níhili pendit. púrpuram ex Sarrá tibi
'Adtuli, tus Pónto amoenum: téne tibi, uoluptás mea.
Phr. 'Accipe hoc. abdúc[*it*]e *istas* hínc e conspectú Suras.
Str. 'Ecquid amas me?
Phr. Níhil ecastor néque meres.
Str. Nihilne huíc sat est?

55. Mea *Z*, Immea *B*, Imea *C*, I mea *D* — attuli *Z*, attolli *BCD* — pallulam *Z*, paluuam *B*, palauiam *C*, palliuiam *D* — ex Phrygia *Kampm.*; ex pari gra *B*, ex pari grã *D*, exparigratia *C*. — 56. tene *CD* — Tibi *D* — hoccine *B*, Hoc cine (cinemihi) *C*, Hoccine *D* — lauores *B* — tantillum *Z*, tantillis *BCD*. — 57. Perii *B*, per *C*, peri *D* — miseriam *C* — aurichalco *Speng.*: auro *B*, Auro *CD* — Auro contra constat *in rasura Da*. — 58. Et etiamnunc *Speng.*; Etiannum *B*, et iam mim *C*, et iã num *D* — nihili *Valla*, mali *BCD* (malipendit *C*) — purpuram *Goell.*; addit purpuram *BCD* — ex Sarra *Scal.*; exarat *B*, Exarat *CD*. — 59. Atttuli *B*, attuli *CD* (attulituas *C*) — tus Ponto amoenum *Speng.*; tuas ponto amoenas *CD*, tua sponte amoenas *B*. — 60. Accipe *Z*, Accepi *BCD* — Accepihoc *C* — abducite istas *Both.*; abduce hasce *BCD* — hinc e *Grut.*; ince *B*, in *CD* — conspectus uras *B*, conspectus urãs *CD*. — 61. Ecquid amas me *Cam.*; Equidẽ asme *B*, et quidem has Me *CD nisi quod* & quidẽ *D* — castor *BCD* — nequemeres *D* — nihilne *CD*, nihil nec *B* — satest *B*. —

56. *dari*, de infinitiuo cf. Curc. V, 2, 25; Cas. I, 1 al.

57. *herclé* eodem uersus loco Mil. II, 5, 63. — *aurichalco* scripsi coll. Pseud. II, 3, 22: *aurichalco contra non carum fuit;* Mil. III, 1, 61: *aurichalco contra cum istis moribus.* — Alio modo possis: *Perii* [*ego*] *hercle misere: iam auro c. c. f.*

58. Licet etiam *Et me etiamnunc.* — *Sarra* quae postea Tyrus dicta est, uid. Gell. XIV, 6; Verg. Ge. II, 506 al.

59. *tus* cf. Trin. IV, 2, 89; Aul. II, 8, 15. — *Ponto* cf. Most. II, 2, 10: *Aegypto aduenio.* — *amoenum,* Mil. II, 5, 2: *ut Arabio fumificem odore amoene.*

60. Phronesio hunc uersum dedi. Seruae imperat ut dona intro ferat et aliis ut ancillas eodem abducant. Nam etsi ingratum est donum, tamen quin accipiat non recusat (uid. II, 8, 3). — *hoc* non *haec*, quia ea dona perula continentur. — *e conspectu* ut supra II, 5, 24 *ab oculis.*

Ne oénum uerbum quídem [*benig*]num díxit: uigintí minis
Vénire illaec pósse credo dóna quae ei donó dedi.
Véhementer nunc mihíst irata: séntio atque intéllego.
Vérum adibo. quíd ais nunc tu? núm uis me, uoluptás mea,
Quó uocatus sum íre ad cenam? móx ad [*te*] huc cubitum íuero.
Quíd taces? planíssume edepol périi. sed quid illúc bonist?
Quís is homost, qui dúcit pompam tántam? certumst quó ferant
'Obseruare: huic crédo fertur. uérum iam scibó magis.

62. Nemonū *B* (Ne mihi *man. Cam.*), ne unum *C*, ne unū *D* — Quidem *C*, Quidē *D* — benignum *Speng.*; num *BC*; unum *D ante ras.*, num *post ras.* — dix̄ *B.* — 63. uenire *CD* — illec *BCD* — que *B*, quę *CD* (quęei *C*) — Dono *CD* — dedit *B.* — 64. uehementer *CD* — nunc mihi est *BC*, mihi nunc est *D.* — 65. abdibo *B*, adibo *CD* — quid *an* quia *incertum in B* — nunctu *B et cum spat. C* — num uis me *Goell.*; nune uis mea *B*, num neuis me *C*, nūneuis *uel* nūneius *D* — uoluptasmea *C.* — 66. uocatū *B*, uocatus *C*, uocat' *D* — ad cenam *B*, adcęnam *C*, ad cęnam *D* — ad te huc *Cam.*; adhuc *B*, huc *CD* — iuero *Z*, inero *BCD.* — 67. Quidtaces *C* — planes sume *B*, planis sume *CD* — periis & *B*, perii' sed (*sic*) *C*, perii sed *D* — sedquid *C* — quit *B* — boni est *BCD.* — 68. Quis is *Both.*; Quis *BCD* — homo est *BCD* — ducit *Both.*; inducit *BCD* — cercum sit *B*, certumst *C*, certūst *D* — quoferant *C.*

62. *oenum* ut supra I, 2, 10 *oenus*; Trin. I, 1, 2 *immoene.*

63. *dona quae ei dono dedi.* Exempla huius dictionis copiosae multa leguntur apud Nostrum. Vnum affero Aul. II, 2, 14: *uirginem habeo inlocabilem neque eam queo locare quoiquam.* Cf. inf. II, 7, 56.

67. *quid illuc bonist*, Rud. II, 4, 2: *em quid hoc bonist?* nisi utroque loco *nouist* scribendum coll. Asin. I, 1, 36: *quid istuc nouist;* Truc. II, 4, 32: *quod noui negoti gesseris.*

68. *pompam*, sequuntur enim qui obsonium ferunt. — *certumst* scil. mihi, Aul. IV, 6, 10; 15; IV, 9, 7 et passim.

69. *uerum iam scibo magis:* sed mox certius quam nunc sciam. — *scibo* aeque atque *sciam* frequentatur, alterum Pers. II, 2, 37; Capt. IV, 2, 5; Cas. III, 5, 22, alterum Asin. II, 2, 83; Capt. II, 2, 88 al.

CYAMVS. PHRONESIVM. STRATOPHANES. (ASTAPHIVM.)

Cyamus.

Ite, íte hac simúl, mu*ni*/*f*erí, damnigéruli, II, 7.
Forás*gestatóres*, bonórum exagógae. (2)
Satin quí amat, nequit quin níhili sit atque ínprobis artibus se éxpoliat. (3)

Cyamus Phronesium Stratophanes (Astaphium) *Speng.;* GETA PHRONESIVM (*ex* PHHONESIVM *fact. Ba*) ASTARC· *B*, GETA· PHRO NESIVM· ASTAPHIVM· C· *C*, *unam lineam uacuam rel. Da*, GETA PHRONESIṼ STAPHIṼ *Db uel Dc.* — 1. te *cum spat. init. D* — muniferi *Speng.;* muliere *BCD* — damnigeruli *Z*, idam nigeruli *B*, idamnigeruli *CD.* — (2). Forasgestatores *Speng.;* foras gerronis *BCD* — bonorũ *B*, Bonorum (Bonũrũ *ante corr.*) *C*, Bonorũ *D* — exagogae *Z*, macagoce *B*, axagoce *CD.* — (3). Satin qui *Speng.;* Satinse quis *B*, satinsequis *C*, satinse quis *D* — nequit *B*, nequid *CD* — nihilis itaque *B*, nihil is itaque *C*, nihilis itaq *D* — improbis se artibus expoliat *Cam.* (*nisi quod* sese *et* expoliet *scripsit*); inprouisse *B qui reliqua omittit;* inprouise partibus expoliat *C*, iꝑpuise partibus exspoliat *D.* —

De *Cyami* nomine uide praefationem. Astaphii personam addidi, quia adest etsi non loquitur. Nam u. 23 Cyamus: 'iubeo *uos* saluere', h. e. Phronesium et Astaphium. — Numeros feci tetr. bacch. 1, (2), (4), (5), tetr. anap. (3), tetr. cret./cat. 5 et acat. 6, tetr. troch. acat. 7, 8, 9. — Alios ex parte habet Stud. (Zeitschr. f. Gymn. 1864. p. 545).

1. *muniferi* Pseud. I, 2, 48: *mihi munerigeruli ante aedis adsint.*

(2). *exagogae* cf. inf. IV, 2, 6; Rud. III, 2, 17.

(3). Corripiuntur *satin qui* et *nequit quin* et disyllabum est *inprobis* ut in anapaestis. De numeris uide Merc. II, 3, 3, quod canticum et ipsum a duobus tetr. bacch. incipit, a quibus per eandem uocem (*Satin*) ad anapaestos transitus fit.

Nam hóc qui sciám, ne quis íd quaerat éx me,
Domí *sunt,* quae *fácta* inprobé *facit* amátor.
Quí bona pro stércore habet, fóras iubet férri.
Mittit in públic*um:* [*iam intus*] mundíssumumst.
Púras esse síbi uolt aedis: dómi quicquid habet, uérritur ἔξω.
Quándoquidem ipsus pérditum se it, sécreto hercle equidem íllum adiuto.
Néque mea quidem ópera unquam hilo mínus propere quam pótest peribit.

(4). qui sciam *Cam.*; quis cieam *BC*, qui scienā *D* — nequis *BCD* — itq; rat *B*, id querat *CD*. — (5). Domi sunt quae *Speng.*; domis itq; *B*, domis idque *C*, domis idq· *D* — facta inprobe facit *Speng.*; fac̃ inproba facta *B*, facta Inproba facta *C*, facit Inproba facta *D* — amator *cum spat. C*. — 5. Qui bona *Both.*; Qui bona sua *B*, quibona sua *C*, qui bona sua *D* — feri *BD*, fieri *C*. — 6. Mittit in publicum *Speng.*; metuit publicos *BCD* — iam intus mundissumumst *Speng.*; mundissimum sit *BCD*. — 7. Puras *B*, puras *CD* — esse sibi *Both.*; sibi esse *BD*, sibiesse· *C* — uolt aedis *Z*, uoltas dis *B*, uolt as Dis *CD* — quidquid *B*, quicquid *CD* — uerritur ἔξω *Cam.*; neititur (*uel* nettitur) exo *B*, neititur exeo *CD*. — 8. Quando quidē *B*, quando quidem *CD* — perditum se it *Cam.*: perditum sit *B*, Perditum sit *CD* — ęquidem *B* — adiuto *Speng.*: adiutabo *BD*, ad uitabo *C*. — 9. Neque *B*, neque *CD* — Opera *CD* — unquam *B*, umquam *CD* — hilo minus *Lamb.*; nihili omnibus *BC*, nihili om̃ib *D*. —

(4). *Năm hóc* cum hiatu, cf. I, 1, 17 etsi *Namque* procul abest coll. Pseud. II, 3, 3, ubi *Năm ípsa* BCD, *Namque ípsa* A.

(5). *facta facit* Mil. III, 1, 139: *minus audacter scelesta facerent facta*. Ceterum etsi paulo longius a librorum scriptura absit, tamen magis placeat: *Domíst qui facít cum probró facta amátor*.

6. Hunc uersum haud dubie lacerum exempli causa suppleui. — *in publicum*, in uiam publicam (Capt. IV, 2, 29; Rud. II, 7, 14), quod simul notare potest meretrices, quae se publicant et sterquilinium publicum sunt ut lenones (Pers. III, 3, 3). — *intus*, domi suae, quae quidem omnibus bonis uacua relinquitur.

7. Numeros trochaicos Bothius intellexit. Alii sunt apud Stud. l. l. p. 536.

8. *perditum se it*, Aul. IV, 10, 6: *meque meosque perditum ires liberos*. — *adiuto:* licebat etiam: *sécreto hercle ego illum ádiutabo* uel *sécreto equidem illum ádiutabo*.

9. *potĕst* corripitur.

Nám iam de hoc obsónio de mina úna deminuí modo:
Quínque nummos míhi detraxi, pártem Herculáneam.
Nam hóc adsimilest quási de fluuio quí aquam deriuát sibi.
Nísi deriuetúr, tamen omnis [*aéque*] aqua abeat ín mare.
Nam hóc in mare abit mísereque perit síne bona omni grátia.
Haec quóm uideo fíeri, subfúror, subpílo,
De [*praéda*] praedam cápio.
Meretrícem ego item esse reór mare ut est:

11. Quinque *B*, quinque *CD* — Nummos *CD*. — 12. namhoc *C*, nam hoc *D* — adsimile est *BD*, adsimileest *C* — Quasi *CD* — fl^{u}io *C* — qui aquam *D*, quia quam *BC*. — 13. nisi *CD* — nisidiriuetur *C* — ·Omnis *CD* — aeque aqua *Speng.* (aqua *Z*); ea qua *BCD* — in mari *BD*, inmari *C*. — 14. Nahoc *B*, namhoc *C*, nã hoc *D* — abiit *BCD* — miserę-que *D* — Perit *CD* — omnia gratiam *BCD*. — 15. Hec *B*, haec *C*, hęc *D* — cum *BCD* — fieri *Z*, si fieri *BD*, sifieri *C* — suffuror *B*, suf furror *C*, suffurror *D* — suppilo *Z*, sopplicio *B*, Supplicio *C*, Suplicio *D*. — (16). De praeda praedam *Z*, depraedam *B*, depredam (Suppliciode-predam) *C*, de praedam *D*. — (17). Meretricem *B*, meretricem *CD* — ego itemesse *C*. itegò item esse *D*, ego item *B* — Mare *CD*. —

10. Interpunxi post *modo:* uulgo coniungitur: *deminui modo Quinque nummos.*

11. *nummos*, uide Brix. ad Trin. 844. Hoc loco nummus didrachma est. — *partem Herculaneam*, syllabarum hiatus nomine proprio excusatur ut Stich. I, 3, 77: *Vt décumam partem Hérculi pollúceam*, quod non erat sollicitandum. — Veteres Herculi decimas dicasse constat, cf. Bacch. IV, 4, 15; Stich. I, 3, 77; II, 2, 62; Lor. ad Most. u. 792.

12. *aeque* scil. ac si non deriues. Ita saepe *aeque* omissa altera comparationis parte Amph. I, 3, 11: Capt. III, 5, 42; Epid. V, 1, 41 al. — Both. *ea aqua abitat*, Lachm. ad Lucr. p. 379 *ea acua*, quam formam Plauto tribuere non ausim..

14. *hoc*, quicquid ei donatur. — *mísereque perit*, Asin. I, 3, 32; Pers. IV, 4, 75: *quoqué*, Epid. I, 2, 26: *usqué*, Most. I, 3, 97; Stich. I, 2, 5: *quicqué*, Stich. V, 4, 11: *quemqué*, Stich. V, 5, 5: *nimioqué.*

15. Numeros feci tetr. bacch. 15, (19), dim. iamb. cat (16), dim. anap. acat. (17), trim. bacch. (18). Aliquantum dubitationis mouet trimeter bacchiacus, sed minus etiam satisfacere uidebantur tales tetram. bacch.:

De praéda praedám capio: méretricem ego item ésse
Reór mare ut est: quód des, uorát, nunquam abúndat.

(16). Clausula iambica, quae haud raro tetrametro bacch. adiungitur.

(17). Meretrices cum mari comparantur Asin. I, 2, 8.

(18) Quod dés deuorát, numquam abúndat.
(19) Hoc sáltem seruát *rem: quom* illí subest, adpáret.
(20) Dés quantumuis, númsquam adparet néque datori néque acceptrici.
(21) Vélut haec meretrix méum erum miserum blánditia intulit ín pauperiem.
Priuáuit bonís, luce, honóre atque amícis.
'Attat eccum adést propinque: crédo audisse haec mé loqui.
Pállidast ut péperit puerum. ádloquar quasi nésciam.
Iúbeo uos saluére.
Phr. Noster *ésto:* quid agis? út uales?

(18). Quod *B*, quod *CD* (quoddes *C*) — deuorat nunquam *Z*, deuoratis umquam *BCD* — abundat *B*, habundat *CD*. — (19). Hoc *B*, hoc *CD*, at *supersc. Cb* — Seruat *CD* — rem quom *Speng.;* mecū *BD*, me eum *C* — subest *Z*, sub este *B*, subeste *CD* — apparet *BCD*. — (20). Des *B*, des *CD*, huic *superscr. Cb* — quantum uis *BC*, quantum ^{i}us (*sic*) *D* — apparet *B*, Apparet *CD* — datori *BD*, dotari *C* — acceptrice *BCD*. — (21). Velut hec *B*, uelut *CD* — Miserum *CD* — blanditia *Gepp.*; suablanditia *B*, suablandicia *C*, sua blanditia *D* — in *BC*, vi (*sic*) *D* — Pauperiem *BCD*. — 20. priuabit *BCD* — bones *B*, bonas *CD*. — 21. Attatecam *BDa*, At tate cā *C*, Attateccam *Dc* —credo *BC*, cre *C* — audiuisse *BCD* — hec *B*. — 22. pallida est *B*, Pallida est *CD* — Adloquar *B*, alloquar *CD*. — 23. iubeo *BCD* — uos *B*, Vos *CD* — saluare *C* — noster esto *Speng.;* nostergeta *B*, noster geta *CD*. —

(19). *Hoc* scil. mare. — Offendit, quod *hoc* et *illi* ad eandem rem pertinent et proximo uersu breuitas dictionis: *Des quantumuis* pro *At isti des quantumuis.* — *subĕst* corripi potest ut Trin. V, 1, 3: *Quod ago ádsequitur, subest, súbsequitur,* quod non debet mutari. Cf. etiam inf. IV, 2, 3.

(20). *néque acceptrici,* rectius haec licentia statui uidetur quam hic tetr. bacch. cum clausula iamb.:

Des quántumuis, núsquam adparét
neque datóri
Neque ácceptrici.

(21). *intulit*, Lipsius *impulit*, fortasse uere.

21. *Attat,* Amph. I, 1, 107; Pers. IV, 7, 12.

22. *ut* prope abest a causalis particulae significatione. — hiatus in caesura uersus.

23. *noster esto*, exspectatus aduenisti et a nobis accipieris quasi noster sis. Nos: 'sei uns willkommen!' Mil. III, 3, 25: *eu noster esto.* — — *Palaestrio Acroteleutium salutat.* Vulgata autem lectio contra numeros peccat et corruptela orta est, post-

Cy. Váleo et uenio ad mínus ualentem et mélius qui ualeát fero.
'Erus meus tuos óculus ad te férre me haec iussít tibi
Dóna quae uides íllos ferre et hás quinque argentí minas.
Phr. [*'Ede*]pol haut perit, quód illum tantum amo. 27a
Cy. Iússit oráre ut haec gráta haberés tibi. 27b
Phr. Gráta ecastor *cáraque* habeo. iúbe [*ea*] auferri intró mi Cyame.
Cy. 'Ecquid audítis *et fácitis haec quae* ínperat? — 29a
Phr. Vása nolo aúferant.
Cy. Désiccarí lubet? 29b

24. ualeo *CD* — ad minu *B*, Adminu *CD* (u *in litura et* Adminuualentem *C*). — 25. erus *BCD* — tuos oculus *Gepp.*; ocellus tuus *B*, ocellus Tuus *CD* — At te *B*, atte *CD* — ferre me *D*, ferreme *C*, me ferre me *B* — hec *B*. — 26. donaq; *B*, donaque *CD* — ferre *Z*, fere *BCD* — & *B*, Et *CD* — quinq *C*. — 27a. Edepol *Gepp.;* Pol *B*, pol *CD* (polhaud *C*) — Tantum *CD*. — 27 b. iussit *Z*, lussit *B*, lus sit (amolus sit) *CD* — orare *Cam ;* operare *BCD* — hec *B*. — 28. Grata ecastor caraque *Speng.;* Grata acaque ecastor *C*, Grataque ecastor *C*, Grataq ecastor *D* — iube ea *Speng.;* iube *BCD* — intro mi Cyame *Speng.* (intro i Cyame *Cam.*); introichiame *B*, intro ichiame *CD*. — 29 a. Ecquid *Z*, Hec quid *B*, Haec quid *C*, Hęc quid *D* — et facitis haec quae *Speng.;* heq; tam *B*, heque tam (taminperat) *C*, he quae tā *D* — imperat uasa *Grut.;* inperat suasa *BC*, imperat suasa *D*. — 29 b. Desiccari *BCD* — lubet *Cam.*; iubet *BCD*. —

quam Getae persona scaenarum exordiis praescribi coepta est. Vide praefationem.

24. *qui* ablatiuus est. — *ualeat* scil. is qui nunc minus ualet, h. e. tu.

26. *dona:* quae dona sint ex II, 4, 90 et II, 7, 48 apparet. — *uides* ut nunc uerba sunt corripitur. Sed admodum placet *hos* quod Bothius coniecit pro *illos*.

27a. Versum feci ex duabus tripodiis troch. compositum, quod genus saepe tetrametro cretico praemittitur. Exempla uide 'Plaut. Krit.' p. 152. Correpto *perĭt quod* Weisius dim. iamb. metitur: *Pol haúd perit quod illum tántum amo.*

29a. Sententiae satisfacit quod supra posui, pristinam lectionem me restituisse non affirmauerim. Ceterum confer Cas. II, 2, 2; Pseud. I, 3, 149; II, 4, 23.

29b. Huius uersus priorem partem Phronesio dedi, posteriorem Cyamo, in editionibus totus serui est. Phronesium enim quae ex meretricum more quicquid rapere potest, sibi habere uult, etiam uasa in quibus obsonium allatum est petit eaque sibi relinquere seruos iubet. Quare *nolo auferant* non est: *nolo domum meam ferant*, sed: *nolo secum auferant et domino reddant.* Cf. Merc. IV, 4, 41. Quae sequuntur Cyami uerba, ambigue et

Phr. 'Inpudens mecástor —
Cy. Quísnamst? égone?
Phr. Tu, boná fide.
Cy. Tún me ais inpudéntem esse ipsa quaé sis stabulum flágiti?
Phr. Díc, amabó te, ubist Díniarchús?
32a Cy. Domi.
32b Phr. Díc ob haec dóna, [*donó*] quae ad me míserit,
Me íllum amare ómnium plúrumum hominum érgo,
Méque honorem ílli habere ómnium máxumum,
'Atque ut huc [*ré*]ueniat óbsecrató.
Cy. Licet.

30. impudens *Grut.:* immo pudet *BCD* — me castor *BD* — quisnamst? egone? *Both.* (*nisi quod* quinam est *scripserat*)*:* cua mestegori *B*, cuamest egori *CD nisi quod* cuam est *D* — tu bona *B*, Tubona *C*, Tu bona *D*. — 31. Tun me ais inpudentem esse *Speng.* (ais impudentem *iam Z*)*;* Tune asin pudentem me esse *BCD nisi quod* tune *et* ansin *CD* — ipsa *CD*, aipsa *B* — que sistabulum *B*, quę sistabulum· *C*, quae si stabulum *D* — flagitii *B*, Flagitii *CD*. — 32a. dic *CD* — ubi est *BD*, ubiest *C* — diniarcus *B*, dinarchus *CD*. — 32b. dicob *B*, dic ob *CD* — hec *B* — dona dono *Speng.;* dona *BCD* — que *B*, Quę *C*, Quae *D* — ad me *B*, ad *CD* (admiserit *C*). — 33. Me *B*, me *CD* — omnium plurumum hominum *Speng.:* plurimum omnium hominum *BCD nisi quod* omni um *C et* omium *D* — ergo *B*, Ergo *CD*. — 34. Meque honorem illi *Both.:* meumque honorem illum *BC nisi quod* meũque *et* Illũ *B*, meumque honorem meumq *D* — maxumum *BCD*. — 35. atque *B*, Adque *CD* — reueniat *Speng.:* ueniat *BCD* — obsecrato. Licet *Speng.:* obsecrat ilicet *BCD*. —

impudice dicta sunt. Primum enim siccantur uasa ut exuantur humore, deinde ad rem Veneriam pertinet ut apud Mart. XI, 81 *sicca puella iacet* (et XI, 16), neque minus uasa de pudendis dicuntur (Poen. IV, 2, 40; Petron. c. 24). — *desiccari*, siccari, cf. Plin. XX, 19. Ceterum etiam sine interrogationis signo *desiccari lubet* sic intellegi potest, ut seruus Phronesii uerba explicans addat: desiccari enim lubet.

30. *bona fide*, certissime, Aul. IV, 10, 42; Capt. IV, 2, 110 al.

31. *stabulum flagiti*, cf. Pers. III, 3, 13; Most. II, 1, 3.

32a–36b cretici sunt.

32b. *dona dono*, cf. supr. II, 6, 63: *dona quae ei dono dedi.*

33. Haud dubie corruptela latet. Ceterum uide Merc. II, 3, 20; Mil. III, 1, 175.

35. *reueniat*, cf. Capt. II, 3, 87; Most. I, 1, 54. — *licet* assentientis est.

Séd quisnam illíc homost, qui ípsus se[*sé*] comest, 36a
Trístis oculís malis? ánimo hercle homost suó miser. 36b
Phr. Quísquis est, dignúst mecastor, *qui sit*. non nosti. óbsecro?
Qui *hic* apud me erat, huíus pater pueri íllest, qui ad ientáculum
Visit: abiit, aúscultauit, óbseruauit quám *rem agas*.
Cy. Nóui hominem nihili: íllic quae*sost?*
Phr. 'Illest.
Cy. Me intuitúr gemens.

36a. Sed *B*, sed *CD* — homost *BCD* — Qui *CD* — sese comest *Both.;* secõ est *B*, se cumest *C*, se cũ est *D*. — 36b. tristis oculis malis *B*, tristis *CD* — *Cb in marg. adscr.:* qui ipsus se comest tristis oculis malis me hercle hô suo est miser — Animo *B*, animo *CD* — homost *Z*, humost *BCD*. — 37. quisquis *B*, Quis quis *C*, Quisquis *D* — dignus est *BCD* — me castor *BCD* — qui sit *Speng.;* nequid est *BCD* — Non *B*, non *CD* — nouisti *BCD* (nonnouisti *C*). — 38. qui *B*, Qui *CD* — hic *Speng.;* ilitic *B*, illic *CD* — aꝑ *B* — pater pueri ille est *Both.;* pater pueri illic est *B*, pater *CD* — qui *Both.;* Vsque *B*, usque *C*, usq *D* — ad ientaculum *Z*, adiectaculem *B*, ad iectaculum *C*, ad iectaculẽ *D*. — 39. Visit abiit *Speng.;* iussit alii *B*. Iussit alii *CD* (aliimansi *C*) — auscultauit obseruauit quam rem agas *Speng.;* mansi auscultaui obseruabi Quem pernã *BCD nisi quod* obseruaui *CD*, quem per nam (namnoui) *C*, quem pnã *D*. — 40. noui *BCD* — Hominem *CD* — nihili *Cam.;* nihil *BCD* — illic quaeso est *Cam.;* illic que est *B*, illic que est (*sic*) *C*, illicq ẽ *D* — illest *Speng.;* illic est *BCD* (illicest *C*) — *Sequitur trium litt. in spat. in D* — me intuitur *Both.;* Metuetur (*sic*) *Ba*, me intuetur *CD*. —

36a. *ipsus sese comest*, huius dictionis exempla uide apud Gron. lect. Plaut. p. 362.

36b. Etsi corripi potest *homŏst,*' hauscio an habilioribus numeris poeta dederit: *ánimo homo herclést miser.*

37. *qui sit* scil. miser. — *non nosti,* cf. Mil. II, 5, 18. — Mutaui personarum notas. Legebantur enim: *Quisquis est. Ph. Dignus mecastor. G. Quis est? Ph. Non nouisti obsecro?* et similia. — *Non nosti obsecro?* etiam Cyami esse potest.

39. *Visit* scil. me. — *obseruauit* respicit ad II, 6, 69: *certumst, quo ferant obseruare.* — *quam rem agas* Amph. I, 1, 114: *obseruabo quam rem agat;* Bacch. III, 2, 20: *ausculto quam rem agant.*

40. Pro *illest* licet etiam *illic* deleto *est* cum Bothio. — *intuitur* uid. sup. ad I, 2, 58.

Tráxit ex íntimo uéntre suspíritum.
42a Hóc uide, déntibus fréndit, icít femur.
42b Num óbsecro nam áriolust, qui ípsus se uérberat?
Str. Núnc ego meos animós uiolentos meámque iram ex pectóre iam promam.
Lóquere, unde 's, quoius és, quor ausus' mihi ínclementer dícere?
Cy. Lubitumst.
Str. 'Istucine mihí responsas?
Cy. Hóc: non ego te flócci facio.
Str. Quíd tu? quor ausá's alium te dícere hominem amáre?
Phr. Lubitumst.
Str. Aín tandem? — istuc prímum experiar. — tún petili dóni causa

41. traxit *B*, Traxit *CD* — intimo *BCD* — Ventre *B* — suspiritum *superscr. Cb*, suspensum *CaD*, suspensus *B.* — 42a. hoc *BCD* — Frenditicit fremur *B*, Frendidicit femur *CD* — *Non. p.* 123 *affert:* frendit icit femur. — 42b. num *BC*, nunc *D* — nam ariolust *Gepp* (nam ariolus est *Cam.*); nam ariolus *BD*, namariolus *C* — se ueruerat *B*, Se uerberat *C*, seuerberat *D.* — 43. Nunc *B*, nunc *CD* — uiolentos *CD*, uiolentus *B* — ex pector eiam *B*, Expector etiam *CD.* — 44. loquere *CD*, Loqueri *B* — unde ē *B*, unde est *CD nisi quod* u *e corr. D* — cuius es *B*, Cuius es *CD* — cura usus *B*, cur ausus *CD* — mihi inclementer *B*, inclementer mihi *CD* (mihidicere *C*) — dicere *Dc*, dice *Da* — lubitumst *Both.* (*nisi quod* lubitum *scripsit*); Jubido est *B*, lubidoest *C*, lubido est *D.* — 45. istuccine *Cam.;* istuc nec *B*, Istuc nec *CD* (*cum spat. post.* Istuc *C*) — responsas *Z*, responsis *B et cum spat. CD* — hoc *BC*, h̄ *D* — non egote *B*, nonego *C*, non ego te *D* — floccifacio *CD*, flacci facio *B.* — 46. cur ausa es *BC*, cur ausa ē *D* — hominem amare *Both.;* amare hominem *CD* (amarehominemlubitumst *C*), amarē homine *B* — lubitunst *CD*, lubitunt *B.* — 47. tun petili *Gepp.;* tū pertilli *B*, tum pent illi *C*, tū pentilli *D* — cloni *Da*, doni *Db.* —

41. ***suspiritum***, non ***suspirium***, scribendum coll. Cist. I, 1, 58: Merc. I, 2, 14.

42a. Gepp. *hoc uide* [*ut*], quae sollemnis eius dictionis formula est. — *icit femur*, Mil. II, 2, 49: *ferit femur*.

42b. *ariolust* cf. Apul. Met. 8.

43. *pectóre* Bacch. IV, 3, 14; Pseud. II, 1, 4. cf. Stud. de cant. Plaut. p. 14.

47. *istuc primum experiar.* Haec miles secum dicit. Intellege: primum mulierem adloquar, ut eam ab isto deterream, postea, si nihil profecero,

'Olerum atque escarum ét poscarum moéchum malacum cíncinnatum
'Vmbraticolam tý mpanotribam amás hominem non naúci?
Cy. Quae *haec rest?*
Meóne ero tu, inpróbe, maledicere aúdes, fons uiti ét peiuri?
Str. Vérbum unum adde istóc: iam hercle ego te híc hac offatím conficiam.
Cy. Tánge modo: iam ego híc [*hac*] agnum fáciam et medium dístruncabo.
Sí tu ad legioném bellator clúis, at ego in culína clueo.

48. holerum *BD*, Holerum *C* — atque escarum *B*, atquescarum *C*, atque ęscarum *D* — moechum *Z*, mecum *BCD* — mala cum *B*, malacum *C*, mala cũ *D* — Cincinnatum *CD*. — 49. umbraticolam *Cam.*; Vmbraticolum *B*, umbraticolum *CD* — tympanotribam *Prisc. p.* 204 *H;* lympha notribam *BC*, lymphanotribam *D* — amas hominem *etiam Prisc. et Fest. p.* 166 *M* — Hominem *CD* — quae haec rest *Sarac.* (*nisi quod* res *scripsit*), que hercles *B*, quę (nonuauciquę) hercles *C*, quae hercles *D*. — 50. meone *CD* — improbe *BCD* — maledicere *Cam.;* & omale dicere *B*, Et male dicere *C*, & male dicere *D* — uiti et Peiiuri *B*, uiti et peiuri *C*, uici& peiuri *D*. — 51. uerbum *BCD* - Adde *CD* — Ego *B* — offatim *B*, affatim *C*, affatĩ *D* — conficiam *Lips.;* officiam *BCD*. — 52. tange *BCD* (officiamtange *C*) — Modo *CD* — hic hac *Speng.;* hic *BCD* — Faciam *B*. — 53. 54. Si tu ad *Cam.;* sit uel *B*, Sit uel *CD* (uellegionem *C*) — cluis *Speng.* (clues *Cam.*); ciuis *BCD* — In *B* — culina *CD* (inculina *C*), cubilina *B* — clueo *Cam.:* ciue *BCD*. —

hominem ipsum aggrediar. – *petili* egregie Gepp. emendauit ductus Non. p. 149, ubi *petilum tenue et exile* explicatur. Cf. Rit. Par. p. 172.

48. *poscarum* cf. Mil. III, 2, 23.

49. *umbraticola* qui *umbraticus* nominatur Curc. IV, 3, 24, homo umbrae amans minimeque militaris. — *tympanotriba* siue *typanotriba* (cf. Catull. de Berec. s. 62, 8), effeminatus et cinaedus. — Possis etiam *ámăs hominem* cum hiatu in caesura. Traiecit Both.: *hominem amas.* — *nauci* uid. Lor. ad Most. 1028. – *quae haec rest,* Pers. V, 2, 65.

51. Vt nunc uerba sunt, hiatus in caesura uersus prodit. Sed facili opera scripseris *iam*[*iam*] coll. Curc. V, 3, 29. Vide etiam inf. u. 65 et 60. — *hac* scil. machaera.

52. *hic* [*hac*], ut uersu praecedente, hac machaera. Vt enim miles gladium stringit, ita Cyamus cultrum culinarium parat, quem secum fert. Qui cum multo breuior sit gladio militis, infra (u. 67) ueru petere uult. — Verborum collocatio magis haec placeat: *iam ego agnum faciam et hic hac medium distruncabo.*

54. *cluis* — *clueo:* ita uariantur

Phr. Si aéquom facias, áduentores meós [*non*] incusés, quorum mihi
Dóna accepta et gráta habe*b*o túaque ingrata quae ábs te accepi.
Str. Túm pol ego et donís priuatus sum ét perii.
Phr. Plane ístuc est.
Cy. Quíd nunc ergo odió's confe*ctis* ómnibus *rebús tuis?*
Str. Périi hercle hodie ni húnc a te abigo.
Cy. 'Accede huc modo, adi húc modo.
Str. 'Etiam, scelus uirí, minitare, quém ego offatim cóncipilabo?

55. si *BCD* — equum *B*, ęquum *CD* — non incuses *Z*, incuses *BCD* — Quorum *B*. — 56. dona *B* — habebo *Speng.;* habeo *BCD* — ingrataq; *B*, ingrataque *CD* — Abs te *B*, abste *CD*. — 57. tum *B* — peri *BCD* — Plane *B*, plane *CD*. — 58. quid *B* — ergo *Speng.;* ergo hic *BCD* (ergohic *C*) — odio es *Cam.;* odies sees *B*, odiosees *C*, odiose es *D* — confectis omnibus rebus tuis *Speng.:* confessus omnibus teus *B*, confessus omnibus reus *C*, confessus omnibus te us *D*. — 59. nisi *BCD* (nisihunc *C*) — abigo *CD*, abico *B* — huc *Z*, hunc *BCD* — Adi *CD*. — 60. Etiam *B*, etiam *CD* (etiamscelus *C*) — uiri *Cb*, ueri *BCaD* — mimitare *B* — que *B*, quem *C*, quẽ *D* — offatim *Gepp.;* offatim iam iam iam *BCD nisi quod* Affatim *CD*. —

contui — *optuerier* Most. III, 2, 52 *et* 54. Saepe hoc uerbo Plautus utitur, sed passiuum genus *stratioticus homo qui cluear* Pseud. IV, 1, 12 haud dubie librariis debetur et confidenter cum Scaligero *clueam* repono.

55. *aduentores* cf. sup. I, 2, 2. — *mihi* etsi monosyllabum esse potest, sub finem uersus aliud exemplum non exstat. Quare aut seruato *habeo* cum aliis a *Mihi* proximus uersus incipiendus et u. 55 alio modo supplendus uidetur aut cum ne *quorum* quidem sub finem uersus positum satis placeat, hoc modo traiciendum:

— — *non incusés, accepta*
Quórum dona et gráta habebo — —

56. *quae abs te accepi*, pleonastice additum, cf. supr. II, 6, 63.

57. *plane istuc est.* Phronesio haec uerba tribui, quae serui sunt in editionibus. Serui enim si essent, sic opinor pergeret: *Quid ergo odio es* omisso *nunc*. Potest etiam totus uersus militis esse.

58. *confectis omnibus rebus tuis*, cum plane perieris neque quicquam spei tibi relictum sit.

60. Rud. III, 4, 6: *At etiam minitatur audax.* — *concipilare*, a Naeuio dictum pro *corripere* teste Fest. p. 62 M. — De *iamiamiam* hoc loco deleto cf. infr. ad u. 65.

Quíd tibi huc uéntiost? quíd tibi hanc áditiost?
Quíd tibi hanc nótiost ínquam amicám meam?
'Emoriere ócius, *ni* manu uíceris.
Cy. Quíd? manu uícerim?
Str. Fác quod iussí: mane.
Iám [*iam iam*] ego te híc offatim cónficiam.
Cy. 'Occidi.
Str. 'Optumumst.
Cy. Cáptiost, istánc machaeram lóngiorem [*tú*] habes quam haec est.

61. Quid *B*, quid *CD* — uentio est *BCD* — Quid *CD* (Quidtibi *C*) — aditio est *CD*, adito est *B*. — 62. quit *B*, quid *CD* (quidtibi *C*) — notio est *D*, notioest *C*, noctio est *B* — inquam *CD*, Vmquam *B* — Amicam *CD* — meam ~ (*sic*) *C*. — 63. emoriere *BCD* — otius *BCD* — ni *Speng. Stud.*; si *BCD* (simanu *BC*). — 64. quid *B*, Quid *CD* (Quidmanu *C*) — uicerim ~ *C* — Fac *B*. — 65. Iam iam iam *Speng.*; iam *BCD* — offatĩ *B*, Affatim *CD* — occidit *BCD* — optumum est *BCD*. — 66. Captio est *B*, captioest *C*, captio est *D* — istam *BCD* — macheram *B*, Macheram *CD* — tu habes *Speng*; habes *BCD* — quam hec *B*, quamhaec *C*, quam hęc *D* (qu *fort. e corr.*). —

61—64 tetrametri cretici sunt iam a Bothio intellecti.

63. *ni manu uiceris*, nisi mecum pugnaueris et pugnando me uiceris. Semper enim recedit Cyamus et inuadit miles.

64. *quid, manu uicerim?* quid, ego tecum pugnem et te militem uincam? — *fac quod iussi* scil. pugna et resiste. Sed cum denuo Cyamus aufugere conetur, a milite retinetur qui clamat: *mane!*

65. *iam iam iam* ex u. 60 huc traieci. Nam ut illo loco numeros turbat, ita hoc loco mutilos reficit atque haud dubie proxima uerba, quae utroque loco simillima sunt, turbae causa fuerunt. — Postremum *iam* cum hiatu *iám ego*. Optime conuenit *iam iam iam* militi magis magisque accedenti et minitanti. — Deinde *occidi* Cyamus clamat, quia graui ictu a milite feritur, et *optumumst* miles ait, quia optime et uehementissime eum percussit.

66. *longiorem*, quia miles gladium, seruus cultrum culinarium tenet.

Séd ueru sine [*mé*] dum petere sí quidem belligerándumst tecum.
'Ab*í* domum: ego tecúm, bellator, árbitrum aequom céperim.
Séd ego cesso hinc me ámoliri, uéntre dum saluó licet.

67. Sed *B*, sed *CD* — ueru *Ald.;* uerum *BCD* — sine me *Speng.;* sine *B*, Sine *CD* — siquidem *BCD* — belligerandum est *BC*, belligerand est *Da*, belligerandū est *Db*. — 68. Abi *Speng.;* abo *B*, Ibo *CD* — Ego *B* — belator *C* — aecum *B*, aequum *C*, ęquum *D* — cęperim *CD*. — 69. Sed *CD*, sed *B* — Cesso *B* — hinç me *Both.;* mi hinc *BCD* — amoliri *Cam.;* amo sire *BC* (hincamo sire *B*), amosire *D* — uentrē *BD*, uentrem *C*.

67. *ueru* cf. Rud. I, 2, 46. — *sine me dum*, Most. V, 2, 22: *Sine me dum istuc iudicare.* — *quidem* monosyllabum.

68. Primum Cyamus se ueru petiturum esse ait, sed miles nihil respondens gladio ferire pergit. Deinde orat, ut domum abeat et lis arbitro disceptanda tradatur. Ne hoc quidem militi placet et denuo eum misere percutit. Iam ille quam celerrime ex eius manibus aufugit. — *Abi domum*, eadem uerba initium faciunt tetrametro troch. Amph. V, 1, 74. — *arbitrum ceperim*, Merc. IV, 3, 34: *de istac sum iudex captus;* Most. III, 1, 31: *cape cum eo iudicem.*

PHRONESIVM. STRATOPHANES.

Phr. Datin sóleas atque me íntro actutum dúcite, II, 8.
Nam míhi de uento míserae condoluít caput.
Str. Quid míhi futurumst, quoí duae ancillaé dolent,
Quibus té donaui? iámne abisti? em síc datur.
Quo pácto excludi, quaéso, potis est plánius,
Quam exclúsus nunc sum? púlcre ludificór. sine!
Quantíllo mihi ópere núnc persuaderí potest,

MERETRIX MILES· *B*, MERE TRIX· MILES· ·DV· *C*, MERETRIX MILES *add. Dc.* — 1. Dat insoleas *BC*, at in soleas *cum spat. init. Da*, ate soleas *Dc* — decite *Da*, ducite *Dc.* — 2. miserae *B*, Misere *CD.* — 3. futurū est *B*, futurum est *CD* — cui *BCD* — due ancille *B.* — 4. iāne abisti *B*, iam ne abisti *C*, iamne abisti *D* — hem sic datur *Z*, emsicoatur *B*, em sicoatur *C*, em si coatur *D.* — 5. excludi *Speng. Stud.*; excludis *BCD* — quaeso *Z*, quā eso *BD*, quameso (quamesopitius) *C* — potis est *Speng. Stud.*; potius *B*, pitius *CD* — planus *Da*, planius *Dc.* — 6. exclusus *B*, exclusvs *(sic) C*, exolusus *D* — pulcre *B*, pulchre *CD* — ludificor *litt.* d *ex* b *ut uidetur corr. D.* — 7. Quantillo mi *B*, quantillo mi *C*, quanti lomi *D.* —

1. *datin soleas*, ut abeat. — *datin* — *abducite*, similia sunt inf. V, 22: *accipe atque auferto*, Amph. I, 2, 25: *curauit ut fieret* — — *ut absoluat* —

2. Caput sibi dolere Phronesium simulat ut abeat a milite.

3. *quid mihi futurumst* cf. Lor. ad Most. 213. Fere idem est ac si dicat: Quid ego dicam? — *dolent.* Hoc uult: Mihi caput quidem non dolet sed istae ancillae, h. e. me poenitet, quod eas tibi donaui.

4. *em sic datur*, 'da haben wir's!' Men. IV, 2, 46; 70; Pseud. I, 2, 21 al.

5. Nunc, inquit, exclusissumus sum. cf. Men. IV, 3, 24. — *sine*, 'schon gut!' 'warte nur!' Bacch. IV, 7, 13 al.

7. *quantillo opere*, quam facile.

Ut ego hís subfringam tálos totis aédibus.
Num quídpiam aurum mútat mores múlierum?
Postquám filiolum péperit, animos sústulit.
Nunc quási mihi dicat: néque te iubeo néque uoto
Intro íre in aedis: át ego nolo, nón eo.
Ego fáxo dicat me ín diebus paúculis
Crudúm uirum esse. séquere me hac: uerbúm sat est.

8. ego his *Cam.*; ego hisce *BD*, egohis ce *C* — suffringam *BCD* — edibus *B*.— 9. Num *B*, Nunc *CD* – quippiam *BCD* — aurum *Speng.*; auarum *BC*, auarū *D* – mutat *Cam.*; ut at *B*, ut ad *CD* (ut admores *D*). — 10. filiolum *Cam.*; filiorum *B*, Filiorum *CD*. — 11. neque te *Speng.*; necte *B*, Necte *C*, Hęc te *D* — neque uoto *Speng.* (*duce Cam. qui* nec ueto), neque uolo *BC*, neq uolo *D*. — 12. Introire *B*, introire *CD* – in edis *B* — at *CD*, ad *B*. – 13. in diebus *B*, indiebus *D*, inedibus *C*. — 14. hac *BD*, hanc *C* — uerbum sat est *CD*, uerbu satest *B*.

8. *subfringam talos*, Mil. II, 2, 1; Rud. IV, 4, 15. — *totis aedibus* Mil. II, 3, 39.

9. Nonne aurum mores mulierum prorsus immutare potest? Aul. II, 2, 87: *aurum quid ualet!* — *quippiam* uid. sup. ad II, 4, 78.

11. *Nunc quasi* h. e. 'nunc ita mecum agit quasi mihi dicat', cf. Merc. V, 3, 1; Pseud. II, 2, 37; 39 al. — *neque te iubeo neque uoto*, Curc. I, 2, 58: *si lubet, neque ueto neque iubeo;* Bacch. IV, 9, 120: *ego neque te iubeo neque ueto neque suadeo.* Ceterum ex his uerbis colligendum uidetur Phronesium fores non occlusisse sed militem se pro excluso habere (u. 5), quia illa tacita abierat. — De forma *uoto* cf. Corssen Ausspr. I, p. 236.

13. *in diebus pauculis* Capt. I, 2, 65: *in his diebus;* Pseud. I, 3, 82: *in hoc triduo.*

14. Domum suam abit.

STRABAX.

Str. Rus máne dudum hinc íre me iussít pater III, 1.
Vt búbus glandem prándio deprómerem.
Post ílloc quam ueni, áduenit, si deís placet,
Ad uíllam, argentum meó qui debebát patri,
Qui ouís Tarentinas érat mercatus dé patre.
Quaerít patrem: dico ésse in urbe, intérrogo,
Quid eúm uelit.
Homó cruminam síbi, de collo détrahit,

Stratilex RVSTICVS ANCILLA· (*sic*) *B*, STRATILAX SERVVS ANCILLA· *C*, STRATILAX SERV' ANCILLA' *add. Dc.* — 1. Rus *BC*, us *cum spat. init. Db*, ui *Da.* — 2. glandem *B*, Clandem *C*, Glandem *D.* — 3. quam ueni *Speng.;* ueni quam *BCD* — aduenit si dis placet *Z*, aduenis ideis placet *B*, aduenis Ideis placet *CD nisi quod* Id eis *D* — ad uillam *Z*, ad billam *B*, adbillam *CDa*, aduillam *Dc.* — 5. Qui ouis Tarentinas erat *Z*, Quo uistaret inaserant *B*, Quo uis staret inaserat *CD nisi quod* in aserant *D.* — 6. Querit *B*, querit *CD.* — 7a. uelit *Dc*, uellit *BCDa.* — 7b. crumenam *Dc*, eruminam *BCDa* — detrahit *Cam.:* detraxit *BCD.* —

2. *bubus glandem* cf. Cato d. r. r. cap. 54 et 60; Colum. VI, c. 3 et XI, cap. 2.

3. *post — quam* in tmesi, quam non inepte Pylades etiam Bacch. IV, 9, 8 restituit. — *si deis placet*, ex deorum uoluntate, quae phrasis etiam perfecto tempore adiungitur, Capt. II, 3, 94. Cf. Rost Opusc. p. 271 sq. — *illoc*, illuc cf. Brix. ad Capt. 477.

5. Ambiguum est utrum *Qui ouis Tarĕntinas* (coll. *ferĕntarius* Trin. II, 4, 55) an *Qui ouis Tăr͜entinas* (coll. *Tărenti* Men. prol. 39) ut monosyllabum sit *ouis*. — De ouibus Tarentinis uide Colum. VII, c. 2; Plin. VIII, c. 48; Hor. Od. VI. — *erăt mercatus:* Exempla uide apud Brix. praef. Trin. p. 14.

7a. Haec clausula iambica admodum dubia est. Desunt enim exempla. Neque minus posterior uersus pars intercidisse potest quam deleto *Quaerit patrem* unus senarius prodit: *Dico ésse in urbe, intérrogo, quid eúm uelit.*

Minás uiginti míhi dat, accipió lubens.
Condo ín cruminam: ille ábiit, ego perá minas,
Ouis ín crumina, hác in urbem détuli.
Fuit édepol Mars·meó periratús patri,
Nam ouís illius haú longe absunt á lupis.
Nunc égo istos mundos úrbanos amásios
Hoc íctu exponam atque ómnis eiciám foras.
Erádicarest cértum *quam* prim*úm* patrem,
Post íd locorum mátrem: nunc hoc déferam
Argéntum ad hanc quam máge amo quam matrém meam.

8. mihi dat *Cam.*: middat *B*, midat *CD* — libens *BCD*. — 9. in cruminā *B*, incruminam *CDa*, incrumenam *Dc* — ille abiit ego pera minas oues in crumina *omittit B* — pera *Speng.*: perpera *CD* — Oues *Z*, Quis *CD* — hac in urbem detuli *Z*, hac in urbe me detuli *BCD nisi quod* inurbe *et* medetuli *B*. — 11. periratus *Cam.*; piratus *BCDa*, iratus *Dc*. — 12. oues *BCD* — haud *Dc*, au *B*, aut *CDa*. — 13. mundos *Gepp.*: mundulos *BCD* — amaspos *B*, amas *CD* — *Diomedes p.* 334 *affert:* mundulos istos amasios. — 14. Hoc ictu *Z*, Hoc itu *BD*, Hocitu *C* — omnis *B*, oms̃ *CD* — eiciam *D*, ieciam *BC*. — 15. Eradicare est *Cam.*; Eradicarensi *B*, eradicaremsi *C*, eradicarē si *D* — quam primum *Speng.*: cum primis *BCD*. — 16. locarum *BCD* — hoc deferam *Speng.*: hocdie efferam *B*, Hodie efferam *CD*. — 17. Argentum ad hanc *Both.*; Ad hanc argentum *BCD nisi quod* adhanc *C*, ab hanc *Da*, ad hanc *Dc* — mageā o quam *B*, mageam oquam *cum spat. C* (*et* opuam *ante corr.*), mageā oquā *D*. —

10. *ouis in crumina* epexegetice additur, cf. inf. V, 64. — *ouis* monosyllabum. — Ceterum non placet hiatus in caesura uersus cum uerba arte cohaereant et facile cum Gepperto additur *hac* [*húc*].

11. Mars ei iratus fuit, quia lupus Marti sacer erat eoque iubente in greges irruere putabatur. Inde iocus petitur Poen. III, 3, 32: *ei Mars iratust*, quia Lycus adest. — *a lupis*, lupae enim meretrices uocantur, Epid. III, 3, 22.

13. *amasios*, Cas. III, 3, 27.

14. *Hoc ictu*, uiginti minis quas donabit meretrici. — *exponam* a luctantibus ductum esse Acidalius suspicatur. Cas. IV, 4, 27: *paene exposiuit cubito*.

15. *post id locorum*, postea, Poen. I, 1, 16; Cas. I, 32. — *deferam*, Men. II, 3, 72; III, 3, 2; IV, 1, 3; V, 5, 49 al.

At écquis *intust?* écquis aperit óstium?

STRABAX. ASTAPHIVM.

Ast. Quid istúc? alienun és, amabo, mí Strabax,
Qui nón extemplo *intro ieris.*
Str. Anne opórtuit?
Ast. Ita té quidem, qui's fámiliaris.
Str. 'Ibítur,
Ne mé morari cénseas.
Ast. Lepidé facis.

18. At ecquis intust *Speng.* (at *iam Gepp.*); Tatec qui si nulla est *B*, tatet quisi nulla est *C*, tatec quisi nulla est *D* — ecquis *Z*, & quis *BD*, et quis *C* — óstium *Speng.*; hoc ostium *BCD nisi quod* 'ostium (*sic*) *Da.* — 19. alienusne es *Palm.*; alienun est *BD*, alienum est *C* — mi strabax *B*, mistrabax *CD*. — 20. intro ieris *Stud.* (inieris *Palm.*); ire si *B*, Ire si *CD* — an ne (sian ne) *B*. — 21. itate *C*, ita te *D* — quidē *om. Da, add. Dc* — qui es *BD*, quies *C*. — 22. Ne memorari *B*, Nememorari *CD* — facis Truculentus Astaphiū *B*, facis STRATILAX *Dc*.

18. *hoc ostium*, quod libri praebent, ex scriptura *hostium* natum esse coniicio, quae exstat Bacch. IV, 5, 8; Capt. I, 1, 40 al. quamquam etiam *ecquis hoc aperit ostium* legitur Capt. IV, 2, 51.

19. *alienun es* ut supra II, 4, 13 *sanun es*. — *alienus* sup. I, 1, 74: *i intro haud alienus tu quidem es;* Aul. I, 2, 12; Capt. I, 2, 43. *Alieno* opponitur *familiaris* et *noster*.

20. *Anne oportuit?* scil. introire. Haec uerba Strabaci tribui, quae Astaphio hoc modo continuabantur: *anne oportuit ita te quidem qui es familiaris?*

21. *Ita te quidem* scil. oportuit. — *ibitur*, Merc. IV, 4, 36: *abibitur*, Pers. I, 1, 17: *uiuitur;* Pers. II, 5, 8: *ut ualetur?* Pseud. I, 3, 39: *amatur atque egetur.*

22. *lepide facis*, recte facis, cf. inf. III, 2, 13; Curc. IV, 2. 19 al.

STRATVLLAX. ASTAPHIVM.

III, 2. Str. Mirúm uidetur rúre erilem fîlium
Strábacem non redísse, nisi si clánculum
Conlápsus est hic ín conruptelám suam.
Ast. Iam pól illic me inclamábit s[*i m*]e adspéxerit.
Str. Nimió minus saeuos iám sum, Astaphium, quám fui.
[*Nam*] iám non sum truculéntus: noli métuere.
Quin tu ád me accedis? éxspecto oscu*lúm tuom.*

SERVVS ANCILLA· DV· *B*, ASTAPHIVM· SERVVS· ANCILLA· DV· *C*, STAPHIṼ *add. Dc.* — 1. irum *cum spat. init. D* — rurier ilem *Dc*, rurier item *BCDa.* — 2. Strabaccē *B*, strabacem *CD* — Clanculum *CD*, clauculum *B.* — 3. Con lapsus *B*, conlapsus *CD* — corruptelam *BCD* (incorruptelam *C*). — 4. imclamauit *B*, inclamauit *CD* — si me *Speng.* (*duce Both. qui* me si), se *BCDa*, si *Dc* — aspexerit *BD*, asspexit (seasspexit) *C.* — 5. minus saeuus *Z*, inisse uos *B*, inissę uos *C*, in his seuos *Da* (seuus *Dc*) — sum astaphium *Dc*, sumas astaphium *BDa*, sumas (iamsumas) astaphum *C.* — 6. Nam iam *Speng.*: Iam *B*, iam *CD* — metuere *Dc*, metueris *BCDa.* — 7. Quin tu ad me accedis *Speng.*: Quid uis qui tuam *B*, quiduis Qui tuam *CD nisi quod* quid uis *D* — exspecto *Z*, expector *BCD* — osculum tuom *Speng.*: osculentiam *BCD.* —

4. *inclamare*, 'conuiciis et maledictis insectari', ut ait Festus p. 108. Cf. Asin. III, 2. 36; Cist. I, 1, 111.

6. *Nam iám* admodum frequentatur, sup. II, 7, 10; Amph. IV, 3, 8; Asin. I, 2, 4; III, 3, 118; Aul. III, 6, 7; Bacch. II, 2, 44; III, 4, 9; Curc. II, 1, 5; Pers. I, 3, 24; II, 5, 24; IV, 8, 7; Stich. I, 3, 16; III, 1, 7, plerumque ab initio uersus.

7. *Quin tu ad me accedis?* Ita dubitanter scripsi. Non enim satis conueniunt litterarum ductus. Praeterea tentaui: *Quiduis cupitumst,* h. e. quicquid me feceris, mihi gratum erit (coll. Poen. V, 4, 90; 101). — *osculum*, non *oscula.* Est enim unum osculum, quod aduenientes sibi offerre solebant cf. Amph. II, 2, 84; 168; Epid. IV, 2, 2; Stich. I, 2, 34 al.

Ast. Dic ímpera mihi, quíd tibi et quo uís modo.
Str. Nouos ómnis mores hábeo, ueteres pérdidi.
Vel amáre possum uél iam scortum dúcere.
Ast. Lepidé mecastor núntias: sed díc mihi:
Habén *paratum?*
Str. *Aes té* fortasse dícere.
Ast. Intéllexisti lépide, quid ego dícerem.
Str. Heus tú, iam postquam in úrbem crebro cómmeo,
Dicáx sum factus: iám sum caulatór probus.
Ast. Quid id ést, amabo? *mitte* ridiculária.

8. dic *CD* – impera *Z*, incipera *BCD* (inciperamihi *C*). — 10. uel iam *Cam.*; uellã *BDa*, uellam (uellamscortum) *C*, uellẽ *Dc* — ducere *CD*, dicere *B*. – 11. nuncias *B*, Nunrias *C*, Nuncias *D*. — 12. Haben *Lips.*; Habent *B*, habent *CD* — paratum. St. Aes *Speng.*; parasitum *BCD* – te *Z*, & *BD*, et *C*. — 13. Intellixisti *D*. — 14. commeo *Cam.*; cõmobeo *B*, commoueo *C*, cõmoueo *D*. — 15. Dicax sum factus *Cam.*; Hic axsum factũ *B*, hic axum factum *CD* (factũ *D*) — caulator *Speng.*; cauillator *BCD*. – 16. mitte *Speng.*; istec *BCD*. —

8. Hunc uersum Astaphio tribui, qui serui est in editionibus.

9. *Nouos* monosyllabum.

12. Primam Astaphii quaestionem esse oportet, num argentum paratum habeat. — *aes*, argentum, Aul. II, 8, 6; III, 5, 55 al. — *paratum*, ita *argentum paratum* Epid. II, 2, 68; *parata dos domist* Trin. III, 3, 6. — *te fortasse dicere*, Asin. I, 1, 24: *te fortasse dicere;* Poen. V, 2, 44: *fortasse arbitrarier;* Merc. IV, 4, 42: *fortasse te mirari* al. Sed etiam indicatiuus ponitur, Pers. III, 3, 36: *fortasse metuis;* Bacch. IV, 4, 20: *fortassis dempsisti parum.*

15. *caulator*. Rustice uocem *cauillator* ita pronunciat, quasi a *caulibus* ducta sit. *v* et *u* simili modo pronunciabantur. Notissimum est Ciceronis illud (de diu. II, 40): 'Cum M. Crassus exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu caricas *cauno* aduectas uendens *cauneas* clamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, *caueret ne iret,* non fuisse periturum, si omini paruisset.' — Cf. Stich. I, 3, 75; Rud. III, 5, 25.

16. *mitte ridicularia.* Ita scripsi coll. Asin. II, 2, 64: *Tum igitur tu diues factus'? L. Mitte ridicularia;* Trin. I, 2, 28: *Sed hoc animum aduorte atque aufer ridicularia.*

Cauillátiones uís opinor dícere.
Str. Ita út pausillum dífferat a caúlibus.
Ast. Sequere íntro amabo, méa uoluptas.
Str. Téne hoc tibi.
Rabónem habeto, mécum ut hanc noctém sies.
Ast. Perií, rabonem! quam ésse dicam hanc béluam?
Quin tu árrabonem dícis?
Str. 'A' fació lucri,
Vt Praénestinis cóniast cicónia.
Ast. Sequere, óbsecro.
Str. Strabácem hic opperiár modo,
Si rúre ueniat.
Ast. Híc quidem apud nos ést Strabax.
Modo rúre uenit.
Str. Príusne quam ad matrém suam?

17. uis *CD*, suis *B*. — 18. pauxillum *BCD* — differat *Speng.* (differant *Goell.*); differt *BCD* — caulibus *Both.*; cauillibus *BCD* (acauillibus *CD*). — 19. intro *Both.*; intro me *B*, Introme *C*, Intro me *D* — uoluptasi *B*, uoluptast *D et cum spat. C*. — 20. mecum ut *Cam.*; ut mecum *BCD nisi quod* Vt *CD* — hanc noctem *Cam.*; hac nocte (noctesies) *D*, acnocte *C*, a nocte *B*. — 21. Peri *B*, peri *CD* (perirabonem *C*) — dicās (sic) *D* — Hanc *CD*, banc *B* — beluam *Z*, uelbam *BC*, uelbā *D*. — 22. Quin tu arabonē *B*, quintuarabonem *C*, quintu arrabonem *D* — dicis. Str. 'A' facio *Lamb.* (*nisi quod* ar *pro* A *scripsit*), dicista facto *BCD nisi quod* dic ista *CD*. — 23. Vt prenestinis *BC*, utp̄nestinis *D* — conea est *BCD* (coneaest *C*). — 24. strauacē *B*, strauacem *CD* (obsecrostrauacem *C*) — operiar *BCD*. — 25. Si rure *Z*, Seruri *B*, se ruri *C*, seruri *D* — ueniat *CD*, ueniet *B* — Hic *Speng.*; is *BCD* (ueniatis *CD*) — est *Speng.*; est hic *BCD* — strabax *B*, strapax (hicstrapax) *C*, strabrax *D*. — 26. prius nequam *BC*, prius quam *Da*, priusne quam *Db*. —

17. *Cauillationes*, primae syllabae contrahuntur.

19. *téne hóc tibi*. Expeditius sane Bothius *tene tibi* ut sup. II, 6, 56; 59 et inf. V, 60.

23. De Praenestinorum dialecto conf. Trin. III, 1, 8. — *conia* cf. Prob. I, 18, 5 Lind.

25. *hic* aduerbium loci est, *hic apud nos*. I, 2, 106; II, 2, 45 al.

26. *priusne* s litteram abiicit. — Supplendum: priusne ad uos uenit?

Eu édepol hominem níhili.
                                        Ast. Iamne autem út soles?
Str. *Quian* 'níhili' dico?
                                Ast. I íntro amabo: cédo manum.
Str. Tene: ín tabernam dúcor deuorsóriam,
Vbí male accipiar meá mihi pecúnia.

27. Euedepol *B* — nihili. Ast. Iamne *Acid.*; nihilli anne *B*, nihil anne (*sic, cum spat.*) *C*, nihila anne *ante ras.* (nihil anne *post ras.*) *Da.* — 28. Quian nihili *Speng.*; Iamne nihil *BCD nisi quod* iamne *C*, iamne *D* — i intro *Z*, lintro *B*, Lintro *CD.* — 29. ducor *Z*, dulor *BCD* — deuorsoriam *B*, de uorsoriam *C*, deuorsoriā *D.* — 30. pecunia diniarcus *B.*

27. ***Eu edepol*** et ***eu hercle*** saepe ab initio uersus collocantur, Most. IV, 2, 65; Men. V, 1, 31; Pers. IV, 6, 24 al. — ***iamne autem ut soles?*** quia maledicere coepit. De hac formula cf. Aul. V, 11; Bacch. II, 2, 25.

30. ***mihi*** a more Plautino abhorret et haud dubie corruptela latet.

DINIARCHVS.

IV, 1. Néque gnatust neque prógignetur néque potest reperírier
Quoí ego nunc [*aut*] díctum aut factum mélius quam Venerí uelim.
Dí magni, ut ego [*laéte*] laetus sum ét laetitia dífferor!
'Ita ad me magna núntiauit Cýamus hodie gaúdia,
Méa dona deamáta acceptaque hábita esse apud Phronésium.
Quom hóc iam uolupest, tum *ístuc* nimio mágnae melliniaé mihist,
Mílitis odiósa ingrataque hábita. totus gaúdeo.

ADVLESCENS C *B*, ADVLESCENS· C· *C*, ADOLESCENS *add. Dc.* — 1. Neq; egnatus est *B*, Neque gnatus est *CD nisi quod* eque *cum spat. init. D* — procignetur *B* — potes *BCD.* — 2. Cui *BCD* — aut dictum *Both.;* dictum *BCD* — Veneri *Cam.;* bene rẽ *B*, benerem *C*, bene rem *D.* — 3. Dii *BCD* (Diimagni *C*) — laete laetus *Speng.;* letus *BCD* (egoletus *C*, letussum *B*) — leticia *B*, letitia *CD.* — 4. ita *CD* — Magna *CD* — nunciauit *BC*, nunciam^{vit} (*sic*) *Da* — chyamus *BC*, chiamus *D.* — 5. meadona *C*, mea dona *D* — deamata *Z*, deamat *B*, de Amat *CD* — accepta qui *B*, accepta q̄ (q̄habita) *C*, accepta quę *D* — ap̄ *B* — phronesium *BCD.* — 6. Quũ *B*, cum *CD* — uolupest tum *Z*, uolupestum *B*, Volupestum *CD* — istuc *Speng. duce Gepp. qui* istoc *scripsit*, hoc *BCD* — magne *BCD* — mellinie *B*, mellinię *C*, melinię *D* — mihi est *Gepp.;* mihi *BCD.* — 7. habita totus gaudeo *Z*, habitato tuca audeo *BCD nisi quod* u *littera in* audeo *ex corr. C.* —

3. *laete laetus*, ut Merc. V, 2, 3: *laetus laetitia;* Pseud. I, 1, 11: *misere miser;* Cas. III, 1, 8: *scite scitus;* Aul. II, 4, 35: *parce parcus*, alia similia. — *differor*, Mil. IV, 4, 27: *amore differri;* Cist. II, 1, 5 al.

4. *Ita ăd me* corripitur.

6. *Quóm uolupest, tum*, Cist. I, 1. 3; Ter. Andr. I. 1. 69; Phorm. I. 4. 10. — *nimio* cum positiuo Men. V, 2. 69: *nimio ludicre;* Pers. I. 3, 14: *nimio sunt crudae* cf. Charis. II, p. 186 P. — *melliniae*, uoluptati, ἅπαξ λεγόμενον.

7. *totus gaudeo*, eadem uerba Most. III. 3. 1. Cf. etiam Stich. V, 5. 8; Most. III, 2, 10.

Méa pilast: si répudiatur míles, mulier mécum erit.
Sáluos sum, quia péreo: si non péream, plane *intérierim*.
Núnc speculabor, quíd ibi agatur, quís eat intro, quí foras
Véniat: procul hinc óbseruabo, meís quid fortunís fuat.
Quía nihil habeo, *ut* ánimos *tollam, cum illa* agam precário.

8. pila est *BCD* — milex *B*, Milex *CD* — mulier *add. Dc* — erit *Z*, prit *B et cum sedecim litt. spatio CD.* — 9. Saluus *B*, saluus *CD* — plane *Z*, pane *BCD* — interierim *Weis.;* uriem *B*, urient *cum trium litt. spat. D et cum paulo ampliore C.* — 10. speculabor *litt.* e *ex corr. Da* — qui tibi *B*, Quitibi *C*, Qui tibi *D.* — 11. procui *BCD* — hinc *Z*, hunc *B*, Hunc *CD* — meis *Acid.*; miles *BCD.* — 12. ut animos tollam cum illa *Speng.;* unũ animos moui mihi comnia *BCD nisi quod* unum *C*, mouimihi *C et* omnia *CD* — p̄cario *CD.*

8. *mea pilast*, ego pilam habeo, ego uici: prouerbium a pilae lusu ductum Romanis usitatissimo. Nihil aliud subest.

9. *pereo*, argentum perdo. — *interierim* Capt. III, 5, 32. Quid differat *pereo* et *intereo*, uide apud Non. p. 422. Similes sententiae sunt Asin. I, 3, 91: *nisi illud perdo argentum, pereundumst mihi;* III, 3, 47: *ille qui illas perdit, saluos est: ego qui non perdo, pereo.*

11. *Veniat.* Fortasse *qui foras. Veniunt.* Nam Phronesium conspicitur cum Astaphio.

12. *ut animos tollam*, ut confidenter cum illa agam, cf. sup. II, 8, 10. Ceterum non satis certa est scriptura.

ASTAPHIVM. DINIARCHVS.

IV, 2. Ast. Lepide écficiam me*um*, era, ófficium: uide intús modo ut tu tuom item écficias.
Ama íd quod decét, rem tuam: ístum exináni.
Nunc dúm *subest*, dum habét, tempus eí rei secúnd*umst*.
Próme [*omnem*] uenustátem, amanti túo uti gaudia cómpares.
Ego híc interím restitríx praesidébo,
Istíc dum sic fáciat domum ád te exagógam,
7a Nec quémquam interim ístoc ad uós qui sit ódio
7b Intrómittam: tú perge ut lúbet ludere ístos.

ANCILLA ADVLESCENS· *B*, ANCILLA ADVLES CENS· *C*, ANCILLA ADOLESCENS *add. Dc.* — 1. epide *cum spat. init. D* — efficiam *BCD* — meum *Gul.;* mea *BCD* — era *Z*, ero *BCD* — ut tu tuum *Z*, ut tutum *BC*, ut tutũ *D* — Item *BCD* — efficias *BCD* (efficia sama *B*). — 2. ama *BCD* — dece *Da*, decet *Db* — istum *Cam.;* ẽ um *B*, est um *C*, estun *D*. — 3. Nunc *BCD* — subest *Speng.;* iusti iubet *BCD* — secundum est *Gepp.;* secundas *BCD*. — 4. Prome omnem *Weis.;* Prome *BCD* — uenustatẽ *litt.* ẽ *fort. ex* i *fact. D* — tuo uti *Speng.*; tuam·ut *BCD* — compares *Z*, cũ peis *BD*, cumper eis *C*. — 5. hic interim *Both.;* interim hic *BCD* — restitrix *Lamb.;* restiti tricis *B*, restitricis *CD*. — 6. Istic *Both.;* iste *BCD* — sic *add. Db* — Domum *B* — atte *B*, Adte *C*, Ad te *D*. — 7a. nec quenquam *Cam.*; ec (exagogamec) quãquam *B*, et quemquam *C*, ec quẽquam *D* — interi mistoc *B* — Quisit *BCD*. — 7b. intro mittam *B*, intromittam *CD* — tu perge *man. Cam. in B*, tu perce *Ba*, tuperce *CD* — lubet *Z*, iubet *BCD* — ludere *Douza*, ludin *BCD* (ludinistos *B*). —

1. Numeri sunt anapaesti, quos sequuntur bacchiaci. — *ĭntus* et *ŭt tu* corripiuntur neque deleto *tu* opus est.

3. *subĕst*, dum pecunia amatori subest. Cf. sup. II, 7, (19).

4. *omnem* haud dubie propter similitudinem uocis pr*ome* intercidit.

5. *restitrix* ἅπαξ λεγόμενον. — *praesidebo* Most. V, 1, 45; Cas. V, 1, 13; Rud. IV, 4, 7.

6. *faciat domum exagogam*, totam rem familiarem ad te deferat.

7a. *istoc*, istuc, sup. III, 1, 3. Hos uersus alii male sic dispescebant:

Di. Quís is est, Astaphium, índica, qui périt?
Ast. Amabo hicín tu eras?
Di. Moléstusne súm?
Ast. Nunc magís quam fuísti.
Nam [ni]si quis nobís usust, nóbis moléstust.
Sed óbsecro, da mihi óperam, ut narrem quaé uolim.
Di. Nám quid est? núm mea réfert?
Ast. Non mússito.
Intús bolos dat —
Di. Quíd, amator nouos quíspiam?
Ast. 'Integrum et plénum adortúst thensaurúm.
Di. Quis est?
Ast. 'Eloquar, sed tú taceto: nóstin tu hunc Strabácem?
Phr. Quidni?

8. Quis is est *Speng.;* Qui est iste ea *BCD nisi quod* Quiest *C*, Quiē *D* — hiccin tu eras *Z*, Hicin& uere *B*, hicinet Vere *CD*. — 9. molestus nesum *BC*, molestus ne sum *D* — nuc *C* — Quam *B*. — 10a. nam *BCD* — nisi qui *Z*, si quid *BC*, siquid *D* (namsiquid *C*) — Nobis *CD* — usust *BCD* — nobis (no *ex corr.*) *D* — molestus *BCD*. — 10b. Sed *B*, sed *CD* —obsecro *corr. ex* opeecro *Da* — narē *B*, Narem *CD* — que *B* — uolim *Speng.;* uolom *B*, uolti *C*, uolu *Da*, uolo *Dc*. — 11. nam *CD* — num mea *Gul.;* nā ea *B*, nam ea *CD* — non mussito *Speng.;* (*duce Gepp. qui:* num mussites?), non muss& *B*, nonmus set *C*, non mus s& *D*. — 12. intus *B* — bolos *Speng.*; bolos quos *BCD* — quid *BCDc*, quis *Da* — nouus *BD*, nouis *C*. — 13. adortust *Speng.;* adortast *BC*, adhortast *D*. — 14. Eloquar *Z*, te loquar *B*, te Loquar *CD* — tu *Cam.;* diu *BCD* (seddiutaceto *C*) — nouistin tum *BCD* — stabachem *BCD* — quid ni *B*. —

Nec quémquam interim ístoc ad uós qui sit ódio in — Tromíttam: tu pérge ut lubét ludere ístos Correxit Stud. 'Zeitschr. f. Gymn.' 1864. p. 548. Aut monosyllabum est *lubet* aut traiiciendum: *Mittam intro.*

8. *hicin* aduerbium loci.

9, 10a tetr. bacch.; 10b, 12 trim. iamb.; 11, 13 tetr. cret. ac. —

11. *nam quid est?*, quidnam est? cf. Epid. III, 2, 13: *nam quid ita?* Curc. I, 1, 12: *nam quo te dicam ego ire?* ibid. III, 25: *nam quid id refert mea*, Aul. I, 1, 3; 5, al. — *non mussito*, non taceo, te hanc rem non celabo.

12. *bolos* uid. sup. ad I, 1, 10. — *nouos* monosyllabum.

13. *adortust* scil. amator, ut sup. II, 1, 34: *qui de thensauris integris demum oggerunt.*

Ast. Sólus summam habét hic apud nos: núnc is nobis fúndus est.
Bóno animo mále perit.
Di. Périi hercle ego itidem.
Ast. Stúltus es qui fácta infecta fácere uerbis póstules.
Thétis quoque etiam lámentando paúsam fecit filio.
Di. Nón ego nunc intro ád uos mittar?
Ast. Quídum quam milés magis?
Di. Quía enim plus dedí.
Ast. Plus etiam es íntromissus quóm dabas.
Síne uicissim quí dant operam ob íd quod dant operam útier.
Lítteras didicísti: quando scís, sine alios díscere.
Di. Díscant, dum mihi cómmentari líceat, ni oblitús siem

15. solus *B* — summa *B* — habet *CD*, Hiabet *B* — nobis fundus est *Both.*; est fundus nobis *BCD nisi quod* ē *D*. — 16. Bono animo *Both.*; Animo bono *BCD* — male perit *Z*, malē gerit *B*, malegerit *C*, male gerit *D* — perii *Z*, perit *BCD* — itidem *Gepp.*; idem *BCD* (egoidem *C*). — 17. Sultus ē *B*, stultus est *C*, stultus ē *D* — Qui *CD* (Quifacta *C*). — 18. Lamentando (an *syll. in ras.*) *Db* — pausam *Mercer.*; lausum *BCD*. — 19. *Pers. not. B et spatium CD* - mittar *cum pers. spat. BCD* — quidum quā *B*, quid umquam *C*, quidumquam *D*. — 20. *Pers. not. B et spat. CD* — *Pers. not. B et spat. CD* — etiam es *Speng.*: enī se *B*, enimse *C*, enim se *D*. — 21. ob id *Cam.*; oblit *B*, oblitus *C*, oblit' *D* — — operā *Da*, operis *BCDc*. — 22. Litteras *BC*, Literas *D* — didicisti *CD*, dicisti *B* — scis *om. Da*, *add. Dc* — discere *Z*, dicere *BCD*. — 23. *Pers. not. B* — commentari liceat *Z* (*nisi quod* id *addit*), argentarilliceam *B*, argentari illic eam *CD nisi quod* eā *D*. —

15. *summam habet*, plurimum ualet, ut *summus amator* sup. I, 1, 64. — *fundus*, ex quo fructus capiamus, unde alamur.

16. Versus ut nunc uerba sunt ex dim. cret. et tripod. troch. cat. compositus est. Sed magis placeat tetr. cret. ac.

18. Hoc dicit: Desine lamentari, rem enim factam infectam non facies. Thetis quoque, quae post mortem Achillis lamentando filio satiari non poterat, postquam lacrimis se nihil proficere intellexit, lamentando destitit. — *pausam fecit*, Rud. IV, 6, 1: *osculando pausam fieri;* Poen. II, 13: *ego pausam feci;* Pers. V, 2, 37: *da pausam*; Non. p. 158.

19. *quidum quam m. m*, quare tu potius quam miles?

21. *dant operam*, largiuntur. — *operam utier*, nostra opera uti, corporibus frui. *operae* de re amatoria Bacch. I, 1, 11; Asin. III, 3, 131. — *utor* cum accusatiuo Poen. V, 2, 128: *profecto uteris ut uoles operam meam* et passim.

23. *commentari*, commentando ex-

Quód didici.

Ast. Intereá, magister dúm tu commentábere,

Vólt illa itidem cómmentari.

Di. Quíd?

Ast. Rem accipere idéntidem.

Di. Dédi equidem hodie et quínque argenti [*iússi*] deferrí minas,

Praéterea unam in óbsonatum.

Ast. Idem ístuc delatúm scio.

De eó nunc bene sum tuá uirtute.

Di. Méane ut inimicí mei

Bóna istic comedint? mórtuom hercle mé quam id patiar máuelim.

24. Quod didici *Acid.;* Qui dedit *BC*, Qui dedit i̤n *D* — *Pers. not. B, spat. CD.* — 25. *Pers. not. ab initio uers. B* — Volt *Both.;* Volt interim *BCD* — ididē *B*, ididem *CDb*, ibidem *Da* — accipe re dentidē *B*, accipere· Dentidem *C*, accipere Dentidem *D.* — 26. dedi *CD*, Dedit *B* — hodie *suprascr. Da* — et *Speng.;* ei *BCD* — argenti iussi *Speng.;* argenti *BCD.* — 27. Preterea *B*, prȩterea *C*, praeterea *D* — unum *BC*, unū *D* — inobsonantum (*sic*) *C* — istoc *B*, istioc *C.* — 28. meane *Speng.:* ime me *B*, imȩ *C*, ime *D* — ut inimici mei *Z* (*nisi quod* et *pro* ut); utini (meutini) emci mei *B*, ut iniem cimei· *C*, utiniem cymei *D.* — 29. comedant *Weis.* (comedint *Stud.*)*;* cedent *BCD* — mortuum *BCD* — herclae (*sic*) *D* — hercleme *B* — id *Both.:* utid *B*, ut id *CD.* —

periri. — *ni*, cf. Hand. Turs. IV, p. 184 sq.

24. *magister*, qui cum iam satis didiceris, ipse magister factus es. Sed admodum de ueritate lectionis dubito. Fortasse *apud magistram*, scil. apud Phronesium.

25. Si tu discere pergis, etiam illa pecuniam poscere pergit.

27. *in obsonatum*, cf. Men. II, 2, 5; 14; Cas. III, 5, 66. — Apparet ex hoc loco, istam fraudem seruuli, qui partem minae, quam ut obsonaret acceperat, sibi detraxit (cf. II, 7, 10) mulieres fugisse, quae cum non ipsa mina sed obsonium minore pretio emtum deferretur facile celari poterat. — *Idem istuc.* Non minus licet *Idem istuc* cum hiatu in caesura uersus.

28. *bene sum* Men. III, 2, 19: *Minore nusquam bene fui dispendio.* — *tua uirtute*, cf. Aul. II, 1, 44. — *ut* in exclamatione, cuius rei exempla congessit Holtze II, p. 164 sq.

29. Pro *istic* melius se habere uidetur *sic.* — *quam id patiar.* De coniunctiuo confer Bacch. IV, 9, 125:

Ast. Málim inimicos mihi ínuidere quám inimicis mé meis.
Nam ínuidere alií bene esse, tíbi male esse, míseriast.
Qui ínuident, egént: illis quibus ínuidetur, í rem habent.
Stúltus *es: equidém perire quam inuidere* máuelim.
Di. Nón licet do[*náti*] obsoni mé participem fíeri?
Ast. Sí uolebas párticipari, auférres dimidiúm domum.
Nám itidem hic ut 'Acherunti rátio accepti scríbitur.
'Intro accipitur: quándo acceptumst, nón potest ferrí foras.
Béne uale.
Di. Resíste.
Ast. Omitte.
Di. Síne: mitte intro.
Ast. Ad té quidem.

30. *Pers. spat. D* — Malim *om. BCD*, *add. Cam.* — inimicos mihi *Both.;* Mihi inimicus *B*, mihi inimicus *CD* — inuiderē *BD*, inuiderem *C* — inimicis me *Speng.:* me inimicis *BCD*. — 31. esse miseria est *Cam.*; essem seria mesi *B*, esse inseriamesi· *C*, esse inseria mesi *D*. — 32. Qui *Cam.*; Quid *BCD* — irē *B*, iraem *C*, irem *D*. — 33. Sultus (*sic*) *Ba* — es equidem perire quam inuidere *Speng.:* quid est aperire quid iam quia pol *BCD nisi quod* quid ē *et* iā *D*. — 34. donati *Speng.;* do *B*, Do *CD* — obsoni *B*, obsonii *CD* — participhem *B*. — 36. itidem hic ut Acherunti *Grut.;* idem ut ageonti hic *B*, idem ut acheronti hic *CD* (idē *D*) — accepti *Z*, accepii *B*, accepi *CD*. — 37. accipitur *Speng.;* accipiamur *BCD* — aceptū est *B*, acceptumst *C*, acceptunst *D* — ferri *Z*, ferre *B*, Ferre *CD* — foras, a *ex* e *fact. B*. — 38. Bene ualere siste *BCD nisi quod* bene *CD* — omitte sine *Cam.* (*nisi quod* amitte scripsit), omittes inea *BCD* — mitte *Both.*; mitto *BCD* — atte *B*, adte *C*, ad te *D*. —

Ephesi mauellem foret quam reuenisset domum. Quare opus non est ut *patier* scribamus coll. Bacch. IV, 8, 19; Pseud. IV, 5, 7: Capt. III, 3, 1; Truc. II, 2, 25. — *malim* in libris intercidit propter similem exitum uersus antecedentis: *mauelim*.

30. Geppertus sic traiecit: *Málim inimicos ínuidere míhi quam me inimicis meis.*

32. *illis* per attractionem pro *illi* cf. Amph. IV, 1, 1; Men. II, 2, 37; Rud. IV, 4, 21 al.

33. Pro persanato hunc uersum non habeo.

35. *participari*, Lucret. 3, 692. — *auferres*, auferre debebas, cf. Trin. I, 2, 96 sq.; Poen. I, 2, 174; Pseud. I, 3, 52 al.

36. *Acheruns* primam semper producit, qua de re dixi 'Plaut. Krit.' p 69.

38. *sine* Diniarcho dedi, quod Astaphio continuabatur. Est autem: sine me introire.

Di. 'Immo istoc ad uós *sine* ire.
Ast. Nón potest.
Di. Immó potest.
Síne experiri.
Ast. Immo ópperire: uís est experírier.
Di. Díc me adesse.
Ast. Abi, óccupatast: rés *itast, ne* frústra sis.
Di. Rédin an non redís?
Ast. Vocat me, quae ín me plus quam [*tú*] potest.
Di. 'Vno uerbo elóquere: mittin me íntro?
Ast. Mendax és: abi:
'Vnum aiebas: tría iam dixti uérba atque [*ea*] mendácia. —

39. sine ire *Speng.;* irẽ *B*, irem *CD* — immo potest *Z*, nimiũ pati *B*, nimium pati *CD*. — 40. Sine experiri *Both.;* Experiri sinẽ *B*, Experiri sine *C*, Expperiri sine *D* — immõ *B* — opperirẽ *B*, opperirem *C*, operirẽ, i *ex* e *fact. D* — uisẽ *B*, uis est *C*, uis ẽ *D* — experirier *Cam.*; experire *BCD*. — 41. Dic me *Speng.;* Dicam *BC*, Dicã *D* — abi *Speng.;* ubi *BCD* — occupatast *BD*, occupata est *C* — res itast ne frustra sis *Speng.;* resistat ex ex frustra sit *B*, resistat et frustra sit *CD nisi quod* & *pro* et *D ét spat. post* resistat *C*. — 42. an non *B*, Annon *C*, At non *D* — redis uocat *Gepp. duce Cam.;* redin si uocat *BCD* (siuocat *C*) — que *B* — plus quam tu potest *Goell.;* potest plusq potest *B*, potest plus quam potest *CD*. — 43. mitti in me *B*, mitti inme *CD*. — 44. aiebas tria iam *Cam.;* alebat stridia *BCD* — dixti *CD*, dixit *B* — uerba *CD*, uerbe *B* — atque ea *Guilielmus;* atque *BC*, atq *D* — mendatia *BD*, mendacia *C*. —

41. *Dic me adesse*, h. e. abi intro et Phronesio nuntia me adesse, ut sup. II, 3, 8: *i intro ac nuntia me adesse.* — *Abi occupatast.* Iam Astaphium concedit, heram intus esse, sed occupatam esse ait. — *res itast*, ita re uera se habet, cf. Bacch. IV, 4, 70; Asin. III, 3, 6; Curc. V, 1, 2. — *ne frustra sis*, Capt. IV, 2, 74; Merc. III, 1, 30; Rud. IV, 3, 30; IV, 7, 29; Pers. I, 3, 60. *frustrā* posteriorem semper corripere diximus Brix. praef. Trin. p. 18, ego 'Plaut. Krit.' p. 62 sq. — Personas ego distinxi. Totus enim uersus Astaphii est in editionibus.

42. Etiam de hac forma cogitari potest: *Rédin an non? A. Vocát me quae in me plús potest quam tú potes* coll. Pers. III, 1, 50; Curc. IV, 4, 10. — *redin* quia Astaphium iam introire parat.

44. *tria*, tria enim uerba dixerat 'mittin *me intro*' et tria respondere debet: 'mitto *te intro*.' — Ceterum hauscio an praeferendum sit *tria dixisti*.

DINIARCHVS.

'Abiit intro: exclúsit. egone ut haéc mihi patiar fíeri?
Iam hércle tibi ego inlécebra ludos fáciam clamore ín uia:
Quae áduorsum legem áccepisti a plúrumis pecúniam.
Jam hércle apud hos omnís magistratus fáxo erit nomén tuom.
Póst id ego te mánum iniciam quádrupuli, uenéfica,
Súppostrix puerum: égo edepol iam túa probra aperibo ómnia.
Níhili sum: meum pérdidi omne quód fuit: *facti pudet.*

45. exclusit *Speng.*: incluit *B*, induit *CD* — egon *Loman.*; ego *BCD* — ut, u *e corr.* *D* — hec *B* — patiat *B.* — 46. tibi ego *Speng.*: $\overset{\text{ego}}{\text{tibi}}$ (*sic*) *B*, Ego tibi *CD* — clamore *CD*, clamorē *B.* — 47. Quē *B* — aduersum *B*, Aduersum *CD* — accepisti *Z*, accepistis *BCD* — ad plurimis *BD*, adplurimis *C.* — 48. Iiam *C* — ercle *B* — hos *Speng.*: nos *BCD* — omnis *B*, omnes *C*, oms̄ *D* — nom̄ *B* — tuum *BD*, tvvm· (*sic*) *C.* — 49. initiā *B*, initiam *CD* — quadrupli *Cam.* (quadrupuli *Fleck.*): quadrupus *BC*, quadrupiis *D* — uenefica *Z*, beneficia *BCD.* — 50. iam tua *Cam.*; itua *B*, it ua *CD* — probra *Z*, proba *BCD.* — 51. Nihili sum meum *Speng.*; Nihil me *BCD* — omne *C*, omnē *BD* — facti pudet *Speng.*: fio inpudens *B*, fio imprudens· *C*, fio impudens *D.* —

46. *Ludos facere alicui*, etsi magis frequentatur *ludos facere aliquem*, non abhorret a dictione Plautina cf. Brix. ad Capt. 576. Nihilo minus corruptela latere potest, cum *B faciam clamorem* praebeat, quae lectio nimium quantum praestare uidetur coll. Bacch. IV, 8, 33: *ut ne clamorem hic facias neu conuicium.* Fortasse fuit olim: *inlecebra lutea faciam clamorem in uia* (Poen. IV, 2, 4; Pers. III, 3, 2).

47. *aduorsum legem* cf. Poen. III, 4, 15.

48. *hos* scripsi, ut Diniarchus magistratus in primis subselliis sedentes digito indicet.

49. *te manum iniciam*, admodum suspecta lectio. Exspectatur enim *tibi*, qua uerborum constructione alii scriptores utuntur. Apud Nostrum semel legitur Pers. I, 2, 18: 'Vbi quadruplator *quempiam* iniexit manum, Tantidem ille *illi* rursus iniciat manum', ubi iam Acidalius *quoipiam.* Non minus offendit *quadrupuli* (actione quadrupli tecum agam), numquam enim genetiuus ad *manum inicere* additur. — Pro hiatu *mánŭm iniciam* non improbabilis est Bothii traiectio: *manúm te iniciam.*

51. *Nihili sum* Most. I, 2, 73: *nunc postquam nihili sum.* — *meum omne*, mea omnia, cf. Amph. II, 1, 52; Capt. II, 2, 95; Curc. II, 2, 7. — *facti pudet* scripsi coll. Bacch. IV, 9, 93: *me nunc facti pudet.*

Néc mihi adest, ad hílum pensi iám quo capiam cálceos.
Séd quid ego hic clamó? quid si me iúbeat intromittier?
Cónceptis me nón facturum uérbis iurem sí uelit.
Núgae sunt: si stímulos pugnis caédis, manibus plús dolet.
Dé nihilo nihilíst irasci, quaé te non flocci facit.
Séd quid est? pro di ínmortales, Cálliclem uideó senem
Méus qui adfinis fúit ancillas duás constrictas dúcere,
'Alteram [*illam*] tónstricem huius, álteram ancillám suam.
Pértimui: postquam úna cura cór meum mouít modo,
Tímeo, ne malefácta antiqua méa sint inuenta ómnia.

52. adē *add. Dc* — ad hilum *Acid.* (*nisi quod om.* ad), adillū *B*, ad illum *CD* — quo *Speng.*: quos *BCD*. — 53. intro mittiar *B*, intromittar *cum spat. C*, intromittiar *D*. — 54. uerbis iurem si uelit *Cam.*: uerui sirē sileuit *BCD nisi quod* sirem *CD et* silcuit *C*. — 55. Nuge *B* — cedis *B*, Cedis *C*, Cędis *D*. — 56. nihilist *Speng.*; nihil est *BCD* — que *B*. — 57. est *B*, hoc est *C*, h' est *D* — immortales *BCD* — callidem (*sic*) uideo senem *Z*, calictenui desenem *BCD nisi quod* calicteniu *D*. — 58. 59 *hoc ordine Grut. Acid.*, *inuerso libri*. — 58. Meus qui *Z*, Meusq; *B*, meus que *C*, meusq *D* — Fuit *CD*, *om. B*. — 59. Alteram illam *Speng.*; Alteram *BCD* — suuam *C*. — 60. cura *om. B*. — 61. ne *Cam.*; neme *BD*, ne me *C* — sint inuenta *Acid.*; sine inuenia *B*, sine inueniam *C*, sine inueniā *D*.

52. *quo*, quo argento. Possis etiam *qui*.

55. Hoc dicit: At ego si introire iussus non introeam, non Phronesium sed me ipse castigem. Idem prouerbium est apud Ter. Phorm. I, 2, 28.

56. *De nihilo*, Curc. IV, 1, 17: *de nihilo dicunt contumeliam*. — *nihilist*, inutile est.

58. *adfinis fuit*, quia eius filia Diniarcho desponsa fuerat (IV, 3, 51). cf. Aul. III, 4, 14; inf. IV, 3, 74.

60. Postquam hoc unum male euenit (h. e. postquam Phronesium me exclusit), timeo ne reliqua quoque omnia male procedant.

CALLICLES. ANCILLAE duae. DINIARCHVS.

IV, 3. Ca. 'Egon tibi maledícam aut tibi*ne* máleuelim? ut animús meust,
Própemodum expertae éstis, quam ego sim mítis tranquillúsque homo.
Rógitaui ego uos *uérberatas* ámbas pendentís simul.
Cómmemini, quo quícque pacto sítis confessaé: scio.
Híc nunc uolo scire eódem pacton síne malo fateámini.
Quámquam uos colubríno ingenio ambae éstis, edicó prius,
Né duplicis habeátis linguas, ne égo bilinguis uós necem:
Nísi si ad tintinnáculos uoltís uos educí uiros.

SENEX ANCILLE· II· ADVLESCENS C· *B*, *unam lineam uacuam relinquit C*, SENES ANCILLE· II· ADOLESCENS *C add. Dc.* — 1. Egon *B*, gon *cum spat. init. CD* — male dicam *B* — tibine *Speng.*; tibi adte *BCD* — male uelim *BCD nisi quod* ueli̅ t (*sic*) *B* — animu meust *B*, animo meost *CD.* — 2. Prope modum *CD et* u *ex* o *fact. Ba* — expertae estis *Z*, experte essetis *BCD nisi quod* exparte *C et* expete *D* — sim mitis tranquillusque homo *Cam.;* similes tranquilus usque homo *BCD nisi quod* tranquillvs *C*, tranquillus *D*, usq *D*, Homo *CD.* — 3. uerberatas *Speng.*; uerberantis *BCD* — ambas pendentis *Taub.;* bas pendentes *B*, has pendentis *CD.* — 4. quicque *Cam.;* quicquā *BD*, quicquam *C* — confesse *BCD.* — 5. scire *BD*, scre *cum litura C* — pacton *Speng. Stud.;* pacto *BCD.* — 6. colubrino *Z*, colubri non *B*, Colubri non *CD nisi quod* n̄ *D et* noningenio *C* — ambe *B.* — 7. suplices *C ante corr.*, duplicis *post corr.* — habeas *C* — linguā *B*, Linguam *C*, Linguā *D* — bilinguis *Z*, ibi linguis *BCD.* — 8. Nesisi *B*, nesisi *C*, nesi si *D* — attintinaculos *B*, attintinnaculos *CD* — educis *Da ante ras.*, educi *Da post ras.* —

1. Prodit senex ironice disserens cum ancillis. Vtramque uicissim adloquitur (*tibi aut tibine*). Nihil intercidit neque hoc loco neque Merc. V, 3, 1. — *ut animus meust*, ut ego puto, ex mea sententia.

3. *uerberatas.* Cogitaui etiam de *uerberatim.* Geppertus *uapulantis.* — *pendentis*, cf. Trin. II, 1, 19.

5. *sine malo*, sine uerberibus.

8. *tintinnaculos uiros* alii de carnificibus alii de fabris qui ferrea uin-

A. Vís subigit uerúm fateri, ita lóra laedunt bráchia.
Ca. 'At si uerum mihi éritis fassae, uínclis exsoluémini.
Di. 'Etiamnunc quid sít negoti, fálsus incertúsque sum,
Nísi quia timeo támen *negotium* ét quid peccauí scio.
Ca. 'Omnium primúm diversae státe. em sic: istúc uolo.
Néue inter uos sígnificetis: égo ero paries: lóquere tu.
A. Quíd loquar?
Ca. Quid púero factumst, méa quem peperit fília,
Meó nepote? cápita rerum éxpedite.
A. Istaé dedi.
Ca. Iám tace: accepístin puerum tú ab hac?
Anc. Accepí.
Ca. Tace.

9. ius *D* — subigit *Both.;* subegit *BCD* — ledunt *BCD* — bracchia *B*, Brachia *D et cum spat. C.* — 10. *Pers. not. B, spat. CD* — Ad *B*, ad *CD* (adsiuerum *C*) — fasse *BCD* — uinclis exsoluemini *Cam.;* uincis exsolue mihi *BCD nisi quod* iuncis *D.* — 11. *Pers. not. B* — Etiamnunc quid *Cam.;* Etiã nũquã *B*, Etiam numquam *CD* — negotii *BCD* — falsus incertusque sum *Ald.;* fassi sincertus que sum *BCD nisi quod* sin certus *C.* — 12. negotium et *Speng.;* ego net *B*, ego nec *CD.* — 13. *Pers. not. B, spat. CD* — diuersae state em *Cam.*; diuersa est ete em *B et nisi quod* Ete *C*, diuersa ẽ Etecm *D* — istud *D.* — 14. Neue *Cam.*; Ne *B*, ne *CD* — loqueretur *BD*, loq̃retur *C.* — 15. *Pers. not. B* — loquar *cum pers. not. B et cum spat. CD* — factum est *Cam.*: datum sit *B*, datũst (st *e corr.*) *C*, datumst *D.* — 16. nepote *Z*, nepoti *BCD* — *Pers. not. B, spat. CD* — iste dedit *BCD.* — 17. *Pers. not. B, spat. CD* — accepisti inpuerum *BCD* — *Pers. not. B, spat. CD* — accep̄ *B*, accepit *CD* — *Pers. not. B, spat. CD.* —

cula uinciendis compingunt interpretantur. Ego ipsos homines uinctos significari puto, qui dum se mouent, uinculis crepant et tinniunt. Cf. Asin. I, 1, 21: *ad ferricrepidas insulas.* — *educi*, extra urbem ut in lautumnias, cf. Poen. IV, 2, 5; Capt. V, 4, 3. — Bothius traiecit: *uos uoltis ed. u.*

11. *falsus sum*, nescio, Rud. II, 3, 53: *quem illorum obseruet, falsus est.*

12. *Nisi quia*, eadem uerba eodem uersus loco Pers. IV, 3, 76: *Nisi quia adspició;* Rud. IV, 3, 86: *Nisi quia hunc meum ésse dico;* Trin. IV, 2, 93: *Nísi quia lubet éxperiri ubi quia* [*hunc*] Herm. — Hoc loco et numeri ab initio uersus impeditiores sunt neque satis certa proximorum uerborum emendatio. De sententia dubitari non potest. Dicit Diniarchus, se timere et culpae conscium esse. Non potest igitur non Diniarchi totus uersus esse, cuius posterior pars male ancillae tribuitur in edd. et recte se habet *et*, B uestigiis seruatum, non *nec*, quod ex CD lectione nunc uulgatur.

16. Hiatus in caesura uersus. — *istae*, tonstrici.

Níhil moror praetérea: satis es fássa.
Anc. Inficias nón eo.
Ca. Iám liuorem túte scapulis ístoc concinnás tuis. —
Cónueniunt adhúc utriusque uérba.
Di. Vae miseró mihi.
Méa nunc facinora áperiuntur, clám quae sperauí fore.
Ca. Lóquere tu: qui dáre te huic puerum iússit?
A. Era maiór mea.
Ca. Quíd tu, quor eum áccepisti?
Anc. 'Era me rogitauít minor,
Púer ut [*de*]ferrétur eaque ut célarentur ómnia.
Ca. Lóquere tu, quid eó fecisti púero?
Anc. Ad meam eram détuli.
Ca. Quíd eo puero túa era fecit?
Anc. 'Erae meae extempló dedit.

18. preterea *B* — es *Z*, est *BC*, ē *D* — *Pers. not. B, spat. CD.* — 19. *Pers. not. B* — liuorem *CD*, luore *B* — tute scapulis *Cam.;* mutē capulis *B*, ut est capulis *C*, ut ē capulis *D.* — 20. adhunc *B*, Adhunc *CD* — *Pers. not. B, spat. CD* — uae *Z*, Tue *B*, tuę *CD* — mise^{r}o *C* — mihi *Z*, nisi *BCD.* — 21. mea *CD* — que *B.* — 22. *Pers. not. B, spat. CD* — quidare *BC*, qui clare *Da*, qui dare *Dc* – huic *Z*, huc *BCD* — *Pers. not. B, spat. CD* — hera *Z*, ira *BCD.* — 23. *Pers. not. B, spat. CD* — Quit *B*, quid *CD* — cur *B*, Cur *CD* — *Pers. not. B, spat. CD* – era me rogauit *Z* (rogitauit *Both.*), Erā ero uit *B*, eram ero uit-*cum spat. post* ero *CD.* — 24. deferretur *Speng. Stud.;* ferretur *B*, Ferretur *CD* — ea quę *CD* — omniam *B.* — 25. *Pers. not. B, spat. CD* — quit *B*, Quid *CD* — *Pers. not. B, spat. CD* — ad meam heram *Z*, mea^{me} rē *B*, admeam rem *C*, ad meam rem *D.* — 26. *Pers. spat. CD* — Quite opuero *B*, cui te Puero *CD* — tuo *BCD* — fecit *Z*, facit *BCD* — *Pers. not. B, spat. CD* — Aeræ mea exemplo *B*, ere mea extemplo *CD.* –

17. Ancillarum personas alteram *A.* alteram *Anc.* signaui.

19. *liuorem*, uerberibus excitatum. — *concinnas*, componis, sanas. Est enim *concinnare* 'apte componere' ut ait Fest. p. 38. Admodum frequentatur a Nostro Men. I, 1, 26; III, 2, 2; V, 1, 33; Amph. I, 3, 31; II, 2, 96 al.

22. *era maior*, Calliclis uxor.

23. *era minor*, Phronesium.

25. *meam eram*, matrem Phronesii, eram maiorem.

26. *erae meae*, Phronesio, erae minori.

Ca. Quoí malum erae?
A. Duaé sunt istae.
Ca. *Táce* tu, nisi quod té rogo.
'Ex te exquiro.
Anc. Máter inquam fíliae donó dedit.
Ca. Plús quam dudum lóquere.
Anc. Plus tu rógitas.
Ca. Responde ócius.
Quíd illa, quoi [*donó*] donatust?
Anc. Súpposiuit.
Ca. Quoí?
Anc. Sibi.
Ca. Pró filiolon?
Anc. Pró filiolo.
Ca. Dei, óbsecro uostrám fidem,
'Vt facilius ália quam illa unde ést puerum ut[*eri*]núm parit!
Haéc labore aliéno puerum péperit sine dolóribus.

27. *Pers. spat CD* — Quoi *B*, cui *CD* — Malum *CD* — aere *BCD* — *Pers. not. B*, *spat. CD* — due *B* — iste *B* — *Pers. not. B*, *spat. CD* — tace tu *Speng.;* catu *BCD* — nisi *CD*, iste *B*. — 28. Ex te *Both.*; nisi Ea te *BD*, nisi Eate *C* — *Pers. not. B*, *spat. CD* — inquam filiae dono dedit *Both.;* filie dono dedit inquē *BCD nisi quod* filię *CD et* inquem *C*. — 29. *Pers. not. B*, *spat. CD* — dudum *Both.;* dudum inqua *BCD* — *Pers. not. B*, *spat. CD* — *Pers. not. B*, *spat. CD* — otius *B*, Otius *CD cum spat.* — 30. cui *BCD* — dono donatust *Kampm.;* donatust *BCD* — *Pers. not. B*, *spat. CD* — supposiuit *Cam.;* supposuit *BCD* — *Pers. not. B*, *spat. CD* — cui *BCD* — *Pers. not. B*, *spat. CD* — sibi *Z*, Tibi *B*, tibi *CD*. — 31. *Pers. not B* — filiolon *Speng. Seyffert* (filiolo *Pyl.*), filio lotoni *BCD* — pro filiolo dei *Par.;* ꝑ filio lo del *B*, profilio lodel *C*, pro filio lodel *D* — uostram *BCD*. — 32. illa unde est *Par.;* alie undē *B*, alię unde *CD* — uterinum parit *Gepp.;* ut nū paret *B*, ut num paret *C*, utnū paret *D*. — 33. Hec *B* — labore *CD*, lauare *B*. —

27. *tace tu* ancillae dicit, quia pro altera respondit: *duaé sunt istae.*
29. *dudum*, 'paullo antea', ut passim. — *ocius*, statim, sup. II, 7, 63.
32. *puerum uterinum*, quasi suo utero proditum, cf. Inst. l. 3 tit. de bon. poss.; Isid. 9, 6. — *unde est*, ex qua re uera natus est.
33. *sine doloribus*, Cist. I, 2, 22: *peperit sine obstetricis opera et sine doloribus.*

Puér quidem beátust: matres duás habet, auiás duas.
Iám metuo, patrés quot fuerint. uíde sis facinus múliebre.
A. Mágis haec malitia ád uiros quam ad múlieres pol pértinet.
Vír illam non muliér praegnatem fécit.
Ca. Idem ego istúc scio.
Tú bona ei custós fuisti.
A. Plús potest qui plús ualet.
Vír erat, plus ualébat, uicit, quód petebat ábstulit.
Ca. 'Et tibi quidem hércle idem [*istic*] ádtulit magnúm malum.
A. De ístoc ipsa etsí tu taceas, reápse experta intéllego.
Ca. Núnquam te facere hódie quiui ut ís quis esset díceres.
A. Tácui at nunc *non* táceo: quando adést, necessest índicem.
Di. Lápideus sum, cómmouere mé miser non aúdeo.

34. beatust *Gepp.;* beatus *BCD* — matres duas *Pyl ;* mater ouas *BC*, materduas *D* — habet *Gepp.;* habet et *BCD*. — 35. quod fuerint *B*, quodfuerint *C*, quod fuerunt *D* — muliebri *BCD*. — 36. *Pers. not. B*, *spat. CD* — haec malitia ad uiros quam ad mulieres pol pertinet *Speng.;* pol haec malitia pertinet ad uiros quam ad muliebri *BCD nisi quod* hec *B*, hęc *C*, militia *C*, aduiros *C*, Quam *CD*, admuliebri *C* (ad mulieres *iam Z*). — 37. *Pers. spat. C* — Vir illam *Cam.;* Viri iam *B*, uiri iam *C*, uiri iā *D* — pregnatem *B*, pregnantem *CD* — idem *Cam.;* & idē *BD*, Et idem *C*. — 39. abstulit *Cam.*; adstuni *B*, adest vni *C*, adē uni *D*. — 40. *Pers. not. B* — Etibi *B*, Et tibi *CD* — istic adtulit *Speng.;* attulit *BCD*. — 41. *Pers. not. B*, *spat. CD* — et si *BCD* (sitvtaceas *C*) — reapse *Cam.;* re ab *BCD* (abexperta *C*). — 42. *Pers. not. B*, *spat. CD* — Nūquam te *B*, numquamte *C*, nūquam te *D* — quiui ut is *Cam.;* ut quiuis *BCD nisi quod* vt *C* — dicere *B*, diceret *CD*. — 43. *Pers. not. B*, *spat. CD* – ad *B*, at *CD* — nunc non *Z*, nunc nunc *B*, nunc Nvnc *C*, nunc Nunc *D* — taceo *Par.;* tacebo *BCD* — necesse est *Cam.;* necesse *BCD* — indicem *Z*, indice *BCD*. — 44. *Pers. not. B*, *spat. CD* — cōmouere *B*, Commouerem *C*, Cōmouerē *D*. —

36. Poteram etiam: *Mágis pol malitia ád uiros haec pértinet quam ad múlieres.*

37. Fortasse rectius: *Vir eam* cum *Z*.

40. Licet etiam *idem* [*uir*] cum Goellero. — *magnum malum*, quia uapulauit (cf. u. 3).

41. Non male Geppertus: *Ne istuc* pro *De istoc*.

42. *te facere ut*, cf. Asin. I, 1, 13: *te faciam ut scias;* Amph. I, 1, 242: *me nunquam facies quin sim Sosia.*

43. Seruato *tacebo* licet: *Tacui, at non tacebo.*

Rés palam omnis ést, meo illic núnc sunt capiti cómitia.
Méum illuc facinus, méa stultitiast: tímeo, quam mox nóminer:
Ca. Lóquere filiám meam quis íntegram stupráuerit.
A. Vídeo ego te, proptér malefacta quí's patronus párieti.
Di. Néque uiuos neque mórtuos sum néque quid nunc faciám scio.
Néque ut hinc abeam néque ut huc adeam, sció: timore tórpeo.
Ca. Dícin an non?
A. Díniarchus, quoi íllam prius despónderas.
Ca. 'Vbi is homost quem dícis?
Di. Adsum, Cállicles: per te óbsecro

45. meo *D*, neo *B*, ineo *C* — sunt *BD*, ñ *C* — comitia *Cam.;* cõtia *B*, coptia *C*, c°astia *D*. — 46. illac *BCD* — mea stultitia est *Z*, me astultã est *B*, mea stultaest *C*, mea stulta est *D* — nominer *Sarac.;* nonminer *BD*, nonminetur *C*. — 47. *Pers. not. B*, *spat. CD* — stup[r]auerit *C*. — 48. *Pers. not. B*, *spat. CD* — malefacta *Both.;* mala facta *B*, mala Facta *CD* — qui es *Z*, qui est *BCD*. — 49. 50 *inuerso ordine habet B*, *sed iam Ba signis rectum ordinem restituit.* — 49. *Pers. not. B*, *spat. CD* — uiuos *BCDa*, uiuus *Dc* — mortuussum *B*, mortuus· Sum *C*, mortuus Sum *D* — neque quid *Cam;* neq,uid *B*, nequid *CD*. — 50. habeam *B* — neque ut *Z*, ut neque *BCD* — huc *Speng.*; hunc *B*, Adhu[n]c *C*, Ad hunc *D*. — 51. *Pers. not. B*, *spat. CD* — Dici nan *B*, dic in an *C*, dicin an *D* — diniarcus *B*, Diniarchus *CD* — cui *BCD* — desponderas *Both.;* dicis ponderas *BCD*. — 52. *Pers. not. B*, *spat. CD* — is *CD*, his *B* — homost *BCD* (st *e corr. C*) — *Pers. not. B*, *spat. CD* — per te *Speng.;* per tuo *B*, pertua *C*, per tua *D*. —

45. *sunt comitia*, res capitalis mea agitur, Aul. IV, 7, 20: *Ibo intro ubi capite de meo sunt comitia;* Pseud. IV, 7, 134: *Pseudulus mihi centuriata habuit capitis comitia.*

47. Non ausus sum mutare, etsi suauiores numeros nemo negabit sic prodire: *Lóquere [tu], meam filiam quis íntegram stupráuerit.*

48. Diniarchus timore perterritus usque ad parietem recessit et lapideus adstat quasi lar familiaris. — Astaphium haec uerba alta uoce loquitur, ut Diniarchus exaudiat.

50. Inter se opposita sunt *hinc* et *huc*.

51. Non opus est ut *Diniarchust* scribamus. Spectat enim ad u. 47 et supplendum: *filiam tuam stuprauit.*

52. *per te obsecro* scripsi, quia ac-

Génua ut tu istuc ínsipienter fáctum sapientér feras
Míhique ignoscas, quód animi inpos uíni uitio fécerim.
Ca. Nón placet: in mútum culpam cónfers, [*qui ne*]quít loqui.
Nám uinum si fábulari pósset, se defénderet.
Nón uinum [*hominibús*] moderari séd [*homines*] uinó solent,
Quí quidem probí sunt: uerum qui ínprobust, si *urnás* bibit,
Síue adeo carét temeto, támen ab ingenio ínprobust.
Di. Scío equidem, quae nólo multa mihi aúdienda ob nóxiam:
'Ego tibi me obnóxium esse fáteor culpae cómpotem.
A. Cállicles uide quaéso insignem né facias iniúriam.
Réus solutus caúsam dicit, téstis uinctos ádtines.

53. Genu aut *B*, genua Vt *CD* — tu *sup. lin. add. Ba* — insipienter *CD*, insipienter sipienter *B*. — 54. inposui niuitio *BCD*. — 55. *Pers. not. B*, *spat. CD* — culpam confers *Cam.*; cui pā confer *B*, quippiam confer *C*, quippiā confer *D* — quod nequit *Cam.* (qui *Speng.*): quid *B*, quod (i *sup.*) *Ca*, quod *D* — loqui *add. Db*. — 56. fabulari posset *Cam.*: fabularē possit *B*, Fabularem possit *CD nisi quod* Fabularē *D* — defenderet *Z*, defenderem *BCD*. — 57. *Vnius litterae spatium ab initio D* — uinum hominibus *Cam.*: uinum *BCD* — modœrari *B* — homines uino *Both. duce Cam.*; uim non *BCD*. — 58. probi *D*, probri *BC* — qui improbus est *Z*, qui ii probus est *B*, Qui iam probus est *C*, Qui ia ꝑbus ē *D* — si urnas bibit *Speng.*; siquā sibibit *B*, siquam si bibit *C*, si aquam si bibit *D*. — 59. teme totamen *B*, te me Tu tamen *C*, te me Tutamen *D* — improbus (*sic*) *Non. p.* 5 *M.*; timidus est inprobus *BCD nisi quod* improbus *D*. — 60. *Pers. not. B*; *spat. CD* — que *B* — ob noxiam *Palm.*; obnoxia (u *sup.*) *BCD*. — 61. obnoxiam *Ca* — essem *BCD* — culpae compotem *Sarac.*: cultę cōpotemi *B*, culte compote mi *CD*. — 62. *Pers. not. B* — Callicies *BC*, Callicles *D* — uidē *B* — quaeso insignem ne *Gepp.*; quesomnē *B*, quę somneim *C*, quę somnē *D*. — 63. testes uinctos attines *Lips.*; taestis uicto sati ines *B*, tam estis uicto sati ines *C*, tā estis uicto sattines *D*. —

cusatiuus omitti non solet. Vulgatur *per tua obsecro*. — De uerborum ordine exempla Plautina sunt Capt. V, 2, 24; Rud. III, 2, 13. Praeterea confer Curc. V, 2, 31 et Stich. IV, 2, 31.

57. *moderari*, imperare.

58. *si urnas bibit*, siue multum uini bibit, siue eo caret, Cas. prol. 76: *in urnam mulsi*. Eodem sensu in promptu est *si aulas bibit* coll. Curc. II, 3, 89: *poculum grande, aula magna* — *si* — *siue*. cf. Rit. Prol. Trin. p. 84 sq.

60. *noxiam*, noxam. Ea enim forma sola utuntur Plautus et Terentius.

62. *insignem iniuriam*, cf. Poen. III, 6, 14: *iniuriam insignite postulat*.

63. *reus*, Diniarchus, *testes*, nos.

Ca. Sóluite istas: ágite abite tú domum et tu autém domum.
'Eloquere haec eraé tu, puerum réddat, si quis eúm petat.
Eámus tu in ius.
Di. Quíd uis in ius me íre? tu's praetór mihi.
Vérum te obsecro, út tuam gnatam dés mihi uxorem, Cállicles.
Ca. Eú edepol te iúdicasse *prí*dem istám rem intéllego.
Nam haúd mansisti, dum égo darem illam: túte sumpsistí tibi.
Núnc habeas ut nánctus': uerum hoc égo te multabó bolo:
Séx talenta mágna dotis démam pro ista inscítia.
Di. Béne agis mecum.
Ca. Fílium istinc túom te meliust répetere.

64. *Pers. not. B, spat. CD* — solu[i]te *C* — autem aũ *B*. — 65. hec *B* — ere *BCD* — tuperũ *D*. — 66. *Pers. spat. D* — Eamus tu *B*, eamust *CD* — in ius *Cam.*; intus *B*, Intus *CD* — *Pers. not. B, spat. CD* — Qui[d] uis *Ba* — in ius *Cam.*; intus *BCD* — tu es praetor *Z*, & ues p̃tor *B*, et ues p̃tor *C*, & uesp̃tor *D*. — 67. mihi uxorem (x *ex* o *fact*) *Ba*, uxorem *D*, uxsorem *C* (*om.* mihi. — 68. Eu edepol te *Speng.*; Eundem pul te *B*, Eundem pulte *C*, Eum pulte *Da*, Eundem stulte *Dc* — pridem *Speng.*; quidem *BCD*. — 69. h[a]ud *D* — mansisti dum *Cam.*; mans istidẽ *B*, mansisti idem *CD*. — 70. nactus *BCD* — multa bobolo *B*. — 71. magna *Sarac.*; malana *BCD* dotis *Z*, dotes *B*, detes *CD* — dẽ ampro *B*, dem an pro *CD* — istas cinscitia *B*, ista st incicidia *C*, istast inscia *Da*, istast inscicia *Db*. — 72. tuum te *Cam.*; tũ te *B*, tum te *CD* — melius est *BCD*. —

64. *et tu autem*, Men. V, 9, 31: *hic tuist tuque huius autem*; Mil. IV, 4, 13: *si et illa uolt et ille autem cupit*; al

66. Non opus est ut hanc litem praetori iudicandam demus, tu enim ipse de me optime iudicabis.

68. *Eu edepol*, cf. sup. III, 2, 27; Rud. II, 4, 2; Most. IV, 2, 65. — Hoc dicit: iamdudum ipse rem iudicasti.

70. *bolo*, u. sup. ad I, 1, 10.

71. *talenta magna*, 'Talentum magnum ipsum est talentum Atticum sexaginta minarum, quod sic appellarunt Romani, quia erat aliud talentum Neapolitanum, Rheginum, Siculum paruae summae.' *Gron.* Cf. Aul. II, 4, 40; Cist. II, 3, 19 al.

72. *meliust*, oportet, Asin. II, 1, 1; Curc. III, 47; Men. V, 9, 32, passim. Quid supplendum sit, facile ubique apparet.

Céterum uxorém quam primum pótest abduce ex aédibus.
'Ego adeo iam illí remittam núntium ad[*fin*]í meo.
Dícam ut aliam cóndicionem fílio inueniát suo.
Di. 'At ego ab hac puerúm reposcam, né mox inficiás eat.
Níhilist, nam ipsa et últro, ut factumst, fécit omnem rém palam.
Séd nimium pol ópportuna eápse eccam egreditúr foras.
Ne ísta stimulum lóngum habet, quae usque íllinc cor pungít meum.

73. Ceterum *B*, Cęterum *CD* — uxorem *D*, uxorum *B*, uxoreim *C* — quam *B*, qua *CD* — potest *CD*, potes *B* — abdu *B*, abduci *CD* — edibus *B*. — 74. iã *add. Db* — nuncium *CD* — affini meo *Cam.;* adi meo *B*, a dimeo *C*, adimeo *D*. — 75. conditionem *B*, Conditionem *C*. — 76. reposcam, a *ex* o *fact. D* — eat *Z*, & *BD* (inficias& *B*), et *C*. — 77. Nihilist *Speng.;* Nihil est *B*, nihil est *CD* — factum est *Z*, factus *BCD*. — 78. oportuna *BCD* — eapse eccam *Both.;* ecce ab se *BC*, ecce abse *D* — gregitur *B*, Egreditur *CD*. — 79. longẽ *B*, longe *CD* — habetq;usque *B*, habet que usque *C*, habet quę usque *D* — Cor pungit *D ante ras.;* corpugit *B*, Corpgit *C*, Cor pugit *D post ras.* — meum *B*, melim *CD*.

74. *adfini meo*, patri illius iuuenis, cui filiam suam post Diniarchum Callicles desponderat. cf. sup. ad IV, 2, 58. — Pro *Ego adeo iam* admodum arridet *Ego abeo: iam* quod coniecit Stud. coll. Curc. IV, 4, 32; Mil. II, 5, 68; Cist. I, 2, 29 al.

75. *condicionem*, Aul. II, 2, 60.

77. *nihilist*, improba est, scil. Phronesium, quare cauendum, ne puerum retineat. — *fecit palam*. Diniarchus suspicatur, Phronesium sua sponte Callicli detexisse, filiam sibi puerum peperisse.

78. *opportuna*, non *opportune*, cf. Most. III, 1, 47: *magis opportunus aduenire;* Rud. III, 5, 23: *mihi opportuna hic esset.*

79. *stimulum*, Trin. IV, 2, 158: *meum pectus pungit aculeus.* — *ne ista*, quamquam non minus *né ísta* licere apparet, tamen cur *ne* elidi posse negemus, nulla causa est. — Etiam proximae scaenae uersus postremus ab eisdem uocabulis orditur, qua in re non est haerendum.

PHRONESIVM. DINIARCHVS. ASTAPHIVM.

Phr. Blítea et luteast méretrix, nisi quae sápit in uino ad rém suam. IV, 4.
Si ália membra uíno madeant, cór sit saltem sóbrium.
Nám mihi diuidiaést, tonstricem meám sic mulcatám male.
'Ea dixit, meum Díniarchi púerum inuentum fílium.
Di. *'Ind*audiui quám penes est mea ómnis res et líberi.
Phr. Vídeo eccum, qui amáns tutorem mé adoptauit *suis* bonis.

Vnum uersum uacuum relinquunt BC, MERETRIX ADOLESCENS ANCILLA *add. DC.* — 1. Blitea *B*, litea *cum sput. init. C*, littea *c. sp. init. D* — lutea est *Z*, lutea & *B*, lutea et *CD* — blittea ec lautea est meretrix *affert Non. p.* 80 — nisiq; *B*, nisique *CD.* — 2. uinom adeant *CD.* — 3. diuidiae est *Both.*; diuidia est *B*, diuidⁱa est *C*, díuidia ē *D* — tonstricem *Z*, intonstricem *BCD* — sicut multam *BCD nisi quod* multā *D.* — 4. meum *Speng.*; eum *BCD* — dinarchi *C.* — 5. Indaudiui *Speng.*; Vbi it audiuit *BCD nisi quod* id *CD* — quāquā *B*, quamquam *CD.* — 6. amans tutorem *Both.*; manstutorem *BC*, manstutorē *D* — me adoptauit suis *Speng.*; mea doptauis *B*, me adoptauis *CD.* —

1. *blitea*, Non. p. 80: 'blitea, inutilis, a blito, herba nullius usus'. Plin. h. n. 20, 93: 'blitum iners et sine sapore'. Fest. p. 34: 'blitum genus oleris a saporis stupore appellatum esse ex Graeco putatur, quod ab his βλάξ dicatur stultus'. Cf. Pseud. III, 2, 26. — *lutea*, nihili, luto uilior.

2. *cor* in quo mens et prudentia positae sunt. Pers. IV, 4, 71: *habet cor, nam dicit quod opust* Hoc dicit Phronesium: Etsi mihi membra nunc uino madent, tamen postquam audiui, suppositionem pueri iam detectam esse, domo prodii, ut quid faciendum esset, prospicerem.

3. *Nam* ex more Plautino positum, quia iam ad suam causam transit. cf. sup. I, 1, 58.

4. Junge: *meum puerum inuentum esse filium Diniarchi.*

5. *Indaudiui*, cf. Stich. I, 2, 19; Merc. V, 2, 100; 103 al. Similis corruptela est Merc. V, 2, 100 'si *ibi* inde audiuerit' pro 'si indaudiuerit'. — *liberi* de uno puero ut supra IV, 2, 50 *suppostrix puerum;* II, 6, 35 *es aucta liberis*, similia.

6. *tutorem* ironice, quia Phronesium nunc eius bona possidet.

Di. Múlier ad [*te*] súm profectus.
Phr. Quíd agitur, uoluptás mea?
Di. Nón uoluptas: aúfer nugàs. níhil ego nunc de istác re ago.
Phr. Scío mecastor, quíd uis et quid póstulas et quíd petis.
Mé uidere uís, me amare póstulas, puerúm petis.
Di. Di ímmortales, út planiloquast, paúcis ut rem ipsam ád-tigit!
Phr. Scío equidem sponsám tibi esse et fílium ex sponsá tua,
'Et tibi uxorém ducendam iam ésse: noui animúm tuom,
'Vt [*me*] quasi pro dérelicta sís habiturus: séd tamen
Cógitato, mús pusillus quám sit sapiens béstia,
Aétatem qui uní cubili númquam committít suam,
Quín si unum ostium óbsideatur, áliud perfugium *petat*.

7. Mumilier *C* — ad te sum profectus *Acid.;* adsŭ profectust *BCD nisi quod* adsum *CD* — *Pers spat. BCD.* — 8. nunc *Z*, hunc *BCD.* — 9. postulas *Z*, postules *BCD* — petis *Both.*; petas *BCD.* — 10. me amare *Both.*; & mete amare *B*, et me te amare *C*, & me te amare *D.* — 11. Dii imortales *B*, Dii immortales *C*, Di immortales *D* — plani loqua est *B*, planiloqua est *CD* — ut rēpsă *B* — attigit *CD*, attig̃ *B.* — 12. tua *C post corr.*, sua *ante corr.* — 13. noui *Speng.;* alibi iam *BCD* — tuum *BCD.* — 14. Vt *man. Cam. in B*, Et *BaC*, E *D* — me quasi *Z*, quasi *BCD* — prodelicta (*sic*) *C* — sed amen *B*, sedamen *C*, sed amem *D.* — 15. Cogitat omus *B*, cogitat omus *CD* — bestia *Z*, uestia *BCD.* — 16. etatem *D* — qui uni cubili nunquam committit suam *Z*, quin ocubiliŭ quam cōmittit suum *BCD nisi quod* ocubilium *CD*, Quam *C*, Quă *D*, committit *CD.* — 17. Quin si *Both.;* Quia si *B*, quasi *CD* — unum ostium obsideatur *Cam.;* unum odium obsidiator *B*, unum obsidiator *CD* — aliŭ *B*, alium *CD* — petat *Both.;* gerit *B*, Gerit *CD.* —

7. *ad te sum profectus*, Trin. III, 2, 2: *Potin' ut me ire quo profectus sum sinas?*

10. Caue cum Goellero *Me uidere et me te amare* scripseris deleto *uis*. Tria enim uerbe *uis*, *postulas*, *petis* efflagitantur quia respiciunt ad u. 9.

15. Haec uerba, a quibusdam editoribus perperam intellecta, quid sibi uelint luce clarius est. Quamquam tu me, ait Phronesium, pro derelicta habiturus es, tamen amatoribus non careo. Nam murium ritu alia quoque perfugia habeo militem et Strabacem.

16. *aetatem*, uitam, cf. I, 1, 1.

17. Bothii coniecturam recepi etsi non satis certam. Suspiceris: *Quia si unum ost. obsidetur, aliud perf. patet.*

Di. 'Otium ubi erit, de ístis rebus tum ámplius tecúm loquar.
Núnc puerum redde.
Phr. 'Immo amabo ut hós dies aliquós sinas
Eum ésse apud me.
Di. Mínume.
Phr. Amabo.
Di. Quíd [*éo*] opus*t*?
Phr. In rém meamst.
Tríduom hoc saltém, dum miles áliquo circumdúcitur.
'In meam rem sí quid habebo, tíbi quoque etiam próderit.
Si aúfers puerum, a mílite omnis túm spes animam efflá-
uerit.
Di. Fáctum cupio, nam *áliter* facere sí uelim, non ést locus.
Núnc puero utere ét procura, quándo quod curés, habes.
Phr. Múltum amabo ob istám rem ecastor: úbi domi metués
malum,
Fúgito huc ad me, sáltem amicus mihi ésto mani*pul*árius.

18. *Pers. spat. CD* — Otium *Z*, Odium *B*, odium *CD*. — 19. *Pers. spat. BCD post* redde. — 20. apup me *B* — *Pers. spat. BCD* — minime *BCD* — *Pers. spat. BCD* — Iam abo *B*, iam abio *C*, iamabio *D* — *Pers. spat. BCD* — eo opust *Speng. Stud.*; opus *BCD* — in rem meam est *Both.*; uire mea *B*, Iure mea *CD*. — 21. Triduum *B*, triduum *CD* — miles aliquo *Both.*; aliquo miles *BCD nisi quod* miles *Dc*, milis *BCDa*. — 22. In meam *Speng.*; In eam *BD*, Ineam *C* — siquid *CD*. — 23. aufers *Both.*; auferes *BCD* — omnes *C* — tum *Speng.*; tum mihi *BCD* — animam *Z*, anima *BCD*. — 24. nam aliter *Gepp.*; nàre *B*, nam re *CD* (refacere *D*). — 25. quod cures *Speng.*; procures *BCD*. — 26. *Pers. spat CD* — amabo *Goell.*; amabo te *BCD* — ecastor *Both.*; me castor *BCD*. — 27. manipularius *Gepp.*; manubinarius *BD*, manu binarius *C*. —

20. ***in rem meamst***, Aul. II, 1, 23; Men. V, 6, 18 al.

21. ***circumducitur***, decipitur, Asin. I, 1, 83; Bacch. II, 3, 77; V, 2, 64; Trin. IV, 2, 17 al. — Fortasse *aliqui*.

22. Pro *habebo* rectius *habeo* scripseris. — *quoque etiam* maxime cum pronominibus poni solet, inf. u. 30, sup. I, 1, 77; Amph. prol. 81; I, 1, 125; II, 2, 85; 121; Epid. IV, 2, 19; Trin. IV, 3, 42; Poen. prol. 40.

24. ***aliter facere***, negare. — ***si***, etsi, Capt. II, 1, 28; Cas. II, 5, 6.

25. ***quod cures habes***, Men. prol. 53: *unde curari id possit sibi.*

27. ***manipularius***, gregarius, uulgaris. non amicus summus et princeps.

Di. Béne uale Phronésium.
Phr. Iam [*mé*] tuom oculum [*nón*] uocas?
Di. 'Id quoque [*etiam*] intérdum furtim nómen commemorábitur.
Phr. Númquid uis?
Di. Vt uáleas: operae mihi úbi erit, ad te uénero.
Phr. 'Ille quidem hinc abiít, abscessit: dícere hic quiduis licet.
Vérumst uerbum quód memoratur: úbi amici ibidem [*súnt*] opes.
Própter hunc spes étiamst, hodie [*mé*] *tacturam* mílitem:
Quém ego ecastor máge amo quam me, dum íd quod cupio inde aúfero.
Quóm cupitum abstúlimus, hau *cupitum* adparet quód datumst.

28. *Pers. spat. CD* — pronesiū *B* — *Pers. spat. BCD* — me tuum *Cam.;* tum *BCD* — occulum *D* — non uocas *Cam.;* uocas *BCD.* — 29. quoque etiam *Speng.;* quoque *BCD* — interdum *Gepp.;* interim *BCD* — furtim *Lips.;* futatim *B*, Futatim *CD* — commemorabitur *Cam.;* commerauiter *B*, commemorabiter *Ca*, cõmemoraui ter *D.* — 30. Numquid uis (d *ex* s *fact.*) *Ba* — ut ualeas *Speng.* (*duce Acid. qui:* fac ualeas), facultas *BCD* — opere *BCD* — mihi ubi *Both.*; ubi mihi *B*, Vbi mihi *CD* — erit *C post lituram*, est erit *ante lit* — atte *B.* — 31. hinc abiit *BC*, abiit *D* — ascessit *B*, accessit *CD* — quiduis licet *Cam.;* quis uidelicet *BCD.* — 32. *Pers. spat. D* — Verum est *B*, verum est *C*, uerum est *D* — amic *B* — ibildem *B*, Ibidem *CD* — sunt opes *Cam.*; opus *BCD.* — 33. etiam se hodie *B*, etiam se hodie se hodie *CD* — me tacturam militem *Speng. duc. Z et Petito;* tantum rimlitem *B*, tantvm rim Litem *C*, tantūrim Litem *D.* — 34. ego ecastor *B*, ecastor *CD* — ama *BCD* — qua medū *B*, qua me dudum *CD* — aufero *Cam.;* auferue *B*, Aufferre *C*, Auferre *D.* — 35. Quom cupitum *Speng.;* Que cum mutū *B*, quę cummutum *C*, quę cum mutum *D* — haud *Z*, au *B*, aut *CD* — cupitum *Speng.;* mutu *BCD* (aumutuapparet *B*) — apparet *BCD* — datum est *B*, Datum est *CD.* —

28. *oculum*, Curc. I, 3, 47; Most. I, 3, 453.

29. *furtim*, clam uxorem meam. — In librorum lectione etiam *furatim* latere potest (omisso *etiam*).

30. *Numquid uis* abituri uerba esse constat. — *ut ualeas*, cf. sup. II, 4, 78; Cist. I, 1, 120; Epid. III, 4, 80; Mil. II, 2, 106; II, 6, 92; IV, 4, 58; Pseud. II, 2, 70. — *operae erit*, otium erit, Mil. II, 2, 97; III, 2, 6; Pseud. I, 3, 143 al.

32. Similis sententia est Epid. III, 3, 44: *Nihil homini amicost opportuno amicius.*

33. *tacturam*, cf. Pers. IV, 4. 82; Pseud. I, 1, 118; IV, 8, 1 al. Geppertus: *detonsum iri.*

34. *quem*, scil. militem. Male Lambinus ad Diniarchum refert.

35. *cupitum* respicit ad u. 29 (*cu-*

'Ita sunt gloriaé meretricum.

Ast. 'Ah, tace.

Phr. Quid est, óbsecro?

Ast. 'Adest [*pater*] puerí.

Phr. Sine eumpse adíre huc: sine, si is ést, modo.

Víden' eumpse adíre ut coepit? ád me recta sé tenet.

Ne ístum ecastor hódie astutis cónfexim falláciis.

36. glorie *B* — *Pers. spat. C* — ah *Gepp.;* aha *BCD.* — 37. pater pueri *Speng.* (*duce Both. qui:* pater adest); pueri *BCD* — eumpse *Both.;* Eum ipse *B*, eum ipse *CD* — huc *Z*, hunc *BCD.* — 38. Viden eumpse *Speng.:* Sineum ipse *B*, Sin eum ipse *CD* — coepit *Gepp.;* cupit *BCD* — recta se tenet *Speng.;* ad recta si tenent *B*, adrecta sitenent *C*, ad recta sitenent *D.* — 39. astutis *Cam.;* hastis *BCD* — confexim *Acid.;* confectū *B*, confectum *CD.*

pio). Sensus est hic: Ea ipsa dona, quae meretrix appetebat, postquam ea accepit, iam grata non sunt, sed alia appetit. Eodem modo Stratophanis dona supra accepta sunt a Phronesio.

36. Vt nunc uerba sunt, hiatus est post *meretricum*. Nihili enim erat quod antea cum libris uulgabatur *ahá*. Sed hauscio an *ah táce* [*tace*] scribere suadeant hi loci: Curc. I, 2, 69; Pers. IV, 4, 42; Pseud. II, 2, 6 (sic enim libri). — *quid ĕst* corripitur ut passim.

37. *pater* hoc loco ponendum duxi, quia ante *pueri* uocem facilius intercidere poterat. — *sine*. Astaphium militi aduenienti obuiam itura est et Phronesium ut ipsum adire sinat suadet.

38. *recta*, Cas. prol. 43: *detulit recta domum*. — *se tenet* (tendit) in librorum scriptura latere uidetur, etsi alia huius dictionis exempla apud Nostrum desunt.

STRATOPHANES. ASTAPHIVM. PHRONESIVM. STRABAX.

V. Str. *Hócine* amare*st?* féro supplicium dámnis ad amicám meam.
'Vt illud acceptúm sit prius quod pérdidi, hoc addam ínsuper.
Séd quid uideo, eram átque ancillam ante aédis? adeunda haéc mihist.
Quíd hic uos agitis?
Phr. Né me adpella.
Str. Nímium saeuis.
Phr. Síc [*datur*].
Pótin ut mihi moléstus ne sis?
Str. Quíd [*id*] Astaphium lítiumst?

Vnum uersum uacuum relinquunt BC, MILES ANCILLA MERETRIX RVSTIC' *add. Dc.* — 1. Hocine amare est *Gepp.;* Eo mihi amare *B*, o mihi amare *cum spat. init. CD* — dánis *B*, dampnis *CD.* — 3. uideo *Z*, uid& *B*, uidet *CD* — adque *C* — edis *B* — haec mihi est *Both.;* est haec mihi *BCD nisi quod* hec *B.* — 4. *Pers. spat. BCD* — appellat *BCD* — *Pers. spat. BCD* — nimium saeuis *Z*, nimius eui *BCD* — *Pers. spat. BCD* — sic datur *Speng.;* sic *BCD.* — 5. Potin *Both.:* Potines *B*, Potin es *CD* — ne sis *Both.;* nesies *B*, ne sies *CD* — quid id Astaphium litiumst *Speng. Stud.;* quidastapilitium est *B*, quid ast apilitiumst *CD* (quid id *iam Both.*). —

1. *Hocine amarest?* nonne ego amare scio? Legitur Merc. II, 3, 21: *Hocinest amare?* quamquam contrario sensu: *hoc minime amare est.* Sed *ne* particulam etiam pro *nonne* poni, nota res est, cf. inf. 43; Pseud. I, 3, 118; IV, 1, 4; Capt. III, 5, 56 al.

2. Vt illud quod antea male acceptum est, nunc gratum et bene acceptum sit, haec addam. Ceterum arridet Gruteri et Bothii: *Vtut illud acceptumst.*

3. *haec*, hera.

4. *Quid hic*, u. sup. ad I, 2, 15. — *saeuis*, Epid. V, 1, 51. — *sic datur* sup. II, 8, 4; Men. IV, 2, 40; Pseud. I, 2, 21. Sed licet etiam *sic ago* cum Gepp (Rud. III, 6, 46; Poen. II, 13), *sic placet*, *sic lubet.*

5. *quid litiumst*, quid Phronesium mecum sic litigat, cur mihi irascitur? *lites* eodem sensu Stich. I, 2, 21.

Ast. Mérito ecastor tíbi suscenset.
Phr. 'Egon? atque isti etiám parum
Mále uolo.
Str. Ergo, méa uoluptas, sí quid peccauí prius,
Súpplicium ad te hanc minám fero auri: [*ni*]si mihi credis, réspice.
Phr. Mánus uetat priusquám penes sese hábeat, quicquam crédere.
Púero opust cibo, ópus est autem mátri quae puerum lauit,
'Opust nutrici, *lácte* ut habeat, uéteris uini lárgiter,
'Vt dies noctésque potet, ópust ligno, opust carbónibus,
Fásciis opus ést, puluinis, cúnis incunábulis:

6. tibi *Z*, sibi *B*, Sibi *CD* — suscenset *BCD* — egon atque isti *Cam.*; lego natq;ne isti *B*, legon atque ne isti *CD* — etia *B*. — 7. *Pers. spat BCD* — ergo *Both.*; ego *BCD*. — 8. ad te hanc *Cam.*; archanc *B*, adhanc *C*, ad hanc *D* — *Post* fero *pers. spat. B* — nisi mihi credis *Acid.*; si mihi rides *BCD* — respice *Mur.*; pice *BCD* (ridespice *B*). — 9. priusquam, r *e corr. Ba*, prius quam *CD* — penes *CD*, pane *B* — quicqua *B*. — 10. opust] opus est *B*, opusest *CD* — cibo *Speng*; cibum *BCD* — autem matri quae *Both.*; matri autēq; *B*, matri autemque *CD nisi quod* atemque *D*. — 11. Opust *Speng.*; Opus *BCD* — lacte ut *Seyffert*; attut *B*, actute *CD* — habeat *CD*, abeat (attutabeat) *B* — ueteris uini largiter *Z*, ueteri sui nilagiter *B*, ueteris uinil agiter *C*, ueterisui ni lagiter *D*. — 12. potet *B*, Potest *C*, Potet *D* — opust ligno *Both.*: opustic no *B*, opus istic non *CD* — opus est *BCD*. — 13. Fasciis *Z*, Falciis *B*, faciliis *CD* — incunabilis *C ante corr.* — carbonibus faciliis opus est puluinis *in rasura habet Da et addit* .ā. *Idem* cunis incunabulis *et totum u.* 14 *omittit sed in marg. inf. adscr.* .h. Cunis incunabulis oleum opus ē fana (*sic Da*, farina *Db*) purus ē totum diem. —

7. Aliquid offensionis habet *Ergo*. Quodsi priorem sententiam u. 6 clausam esse statueris, sic pergere potest Phronesium ad militem conuersa: *Mále uale ergo. Str. Mea uolupt.* e. q. s. Cf. Curc. IV, 4, 32; Trin. IV, 2, 154.

8. *minam* monosyll. sed Bothius traiecit: *féro minam auri*, fortasse recte.

10. *cibo* uide sup. ad I, 1, 71. — *matri*, non Phronesio, sed alteri nutrici, quae lauat puerum. Ita Men. prol. 19 distinguuntur mater quae mammam dabat et mater quae pepererat.

12. *opust ligno*, cf. Cas. II, 3, 37: *ligno, aqua calida, cibo, uestimentis, ubique educat pueros.*

13. Fort.: *Fásciis opŭst, ópŭst puluinis.*

'Oleo opust, farína *opust, pulménto opust* totúm diem.
Núnquam uno hoc die écficiatur ópus, quin opus sempér siet.
Nón enim possunt mílitares púeri *ut catuli* edúcier.
Str. Réspice ergo [*atque*] áccipe hoc [*sis*], qui ístuc ecficiás opus.
Phr. Cédo quamquam parúmst.
Str. *Addetur mina minae* istic póst.
Phr. Parumst.
Str. Tuo árbitratu, quód iubebis, dábitur: da nunc sáuium.
Phr. Mítte me, inquam: odiósus'.
Str. Nihil fit, nón amor, teritúr dies.
Plús decem pondó *minas auri* paúsillisper pérdidi.
Phr. 'Accipe hoc atque aúferto intro.
Strab. 'Vbi mea amicast géntium?

14. Oleo *Speng.;* Oleum *BC* — opus est *BC* — opust pulmento opust *Speng.;* purus est *BC.* — 15. Nũquam *B*, Numquam *CD* — uno hoc *Speng.;* hoc uno *BCD* — efficiatur *BCD.* — 16. possũ *B*, pos^{s}um *C*, possum *D* — ut catuli *Speng.:* & auio *B*, et auio *C*, etauio *D* — exducier *BCD.* — 17. ergo atque *Both.;* ergo *BCD* — hoc sis *Speng.;* hoc *BCD* — ex efficias *B*, exefficias *CD.* — 18. *Pers. spat. CD* — parum est *BCD* — *Pers. spat. BCD* — addetur mina minae istic *Speng.;* adomnae manucistic *B*, adomne manuc istic *C*, ad omne manu (manu^{c} *Dc*) *Da* — poste parust *BCD.* — 19. dabitur *Goell.:* adabitur *B*, addabitur *CD.* — 20. odiosus *BCD* — amorteritur *B*, amorter^{u}iter *Cb*, amor teritur *D.* — 21. minas auri *Speng.;* moris *BCD*, amoris *Non. p.* 155 — pauxillisper perdidi *Non.;* pausilli perperdidi *BCD nisi quod* per perdidi *CD.* — 22. mea *Z*, me *BCD* — amica ẽ *B*, amica est *CD* — gentium *Cam.;* c^{i}entium *BD*, centum *C.* —

14. Non minus possis: *pulménto opŭst, opŭst totúm diem.*

18. Incerta emendatio.

20. *nihil fit,* nihil proficio.

21. *decem minas* non praesentis pecuniae, sed omnium donorum, quae tum Phronesio donauit. — Non recte circumferuntur *decem pondo amoris* et similia neque licet *decem pondo ex amore* (coll. Merc. II, 2, 53; II, 3, 106; 110). Etsi enim recte *libra* omittitur Asin. II, 2, 33 (*quot pondo*), 35 (*centum pondo es*), Pers. II, 2, 49 (*haud octoginta pondo*), tamen ubi *pondo* de pecunia dicitur, ipsum nummorum genus omitti non potest. Cf. Men. III, 3, 3: *auri pondo unciam;* ib. III, 3, 18: *pondo duom nummum stalagmia;* Rud. IV, 2, 8: *piscium unciam pondo.* — Monosyll. est *minas.*

22. *accipe atque auferto,* cf. Pseud.

Néque ruri neque hic óperis quicquam fácio: corrumpór situ.
'Ita miser cubándo in lecto hic éxspectando obdúrui.
Séd eccam uideo: heús amica, quíd agis?
Strat. Quis illic [*ést*] homo?
Phr. Quém ego ecastor máge amo quam te.
Strat. Quám me?
[*Phr. Quam te.*]
Strat. Quó modo?
Phr. Hóc modo ut moléstus ne sis.
Strat. Iám[*ne*] abis, postquam aúrum habes?
Phr. Cóndidi intro quód dedisti.
Strab. *Heús*, amica, te ádloquor.
Phr. 'At ego ad te ibo, meaé deliciae.
Strab. Hércle uero sério.

23. qucquam *C* — facio *Z*, facto *BCD*. — 24. *Pers. spat. CD* — expectando *BC*. — 25. sedeccam *C*, sed eccam *D*, Sidecā *B* — amicā *BD*, amicam *C* — quid *Db*, quis *Da* — agis *Z*, agis mille *BCD* — est homo *Weis.*; homo *BCD*. — 26. *Pers. spat. CD* — ecastor *B*, castor *CD* — mage *Z*, age *BCD* — *Pers. spat. BCD* — quam me? quam te *Speng.*; quamme *B*, quam me *CD* — *Pers. spat. C* — quomodo *BCD*. — 27. *Pers. spat BCD* — iamne *Both.*; iam *BCD* — aurum habes *D*, aurum habens *C*, auru abis *B*. — 28. heus *Speng.*; adest *B*, abest *C*, adē *D*. — 29. atte *B* — meae deliciae *Speng.*; ad medelicia *B*, adme delicia *C*, ad me delicia *D* — hecle *B* — uero *C corr. ex* uiro. —

II, 2, 52: *accipe atque illi dato*: ibid. I, 1, 18: *cape has tabellas, tute hinc narrato tibi*. Vide etiam sup. ad II, 8, 1. — Iam Strabax, quem Phronesium in cubiculo cubantem reliquerat (III, 1, 22), postquam diu amicam intus exspectauit, iratus domo prodit.

23. *operis quicquam facio*, amore fruor. — Defendi potest *néque hic óperis*, sed expeditius Bothius *quicquam operis*.

25. Hiatus uerborum *uideo* et *heus*. Geppertus *heus* [*heus*], sed non solet geminari haec interiectio. — Librorum lectionem *mille quis* ex *militis* personae nota ortam esse Taubmannus monuit.

27. *iamne abis*, Men. II, 3, 86; Pseud. I, 3, 146; Curc. I, 3, 58 al.

28. *heus* scripsi coll. Aul. II, 3, 2; Men. II, 3, 27; IV, 3, 22; Mil. II, 5, 24; Poen. V, 5, 26; Pseud. I, 3, 15; Rud. III, 5, 50.

29. Personarum notas ego distribui. Legebatur enim: '*Phr*. At ego ad te ibo. *Str*. Ad me, delicia? *Phr*. Hercle uero serio'. Mulieres numquam per Herculem iurare constat et traditum est a Gellio XI, 6. Deinde proximi uersus aperte demonstrant,

Nám quamquam ego tibi uídeor stultus, gaúdere aliqui mé uolo.
Quámquam bella's, málo tuo'*s*, ni *actútum* ego aliqui gaúdeo.
Phr. Vín te amplectar, suáuium dem?
Strab. Quíduis face, [*quod*] gaúdeam.
Strat. Meósne ante oculos égo illam patiar álios amplexárier?
Mórtuom hercle me *ódio* satiust. ápstine hoc muliér manum,

30. Nam quamquam *Speng.*: Quāquam *B*, quāquā *C*, quamquam *D* — sultus *C*. — 31. Quamquam *Acid.*: Nam quāquam *B*, nam quāquā *C*, nā quam quam *D* — bella es *Both.*; est bella *B*, Est bella *CD* (es bella *Sarac.*) — tuo's *Par.*: tuo *BCD* — ni actutum *Speng*: nisi tu *BCD*. — 32. Vin te *Z*, Vincte *B*, uincte *C*, iuncte *D* — amplectaret *B*, Amplectaret *C*, Amplectar et *D* — suauium *BCD* — quod gaudeam *Gepp.*; gaudeam *BCD*. — 33. Meosne *Ba*, Meeos ne *C*, Me eos ne *D* — occulos *D*. — 34. Mortuum *BCD* — me odio *Speng.*; medio *BCD* — satius *BCD* — apstine *B*, abstine *CD* — manu *BCD*. —

delicias, blandientis uocabulum, nullo modo Strabacis irato animo conuenire. — *meae deliciae.* Vulgatur numero singulari: *ad me delicia?* At quamquam Nonius p. 100 Gellio XIX, 8 deprompta haec tradit: '*deliciam' numero singulari, quod aut rarum est aut singulare. Plautus: 'mea uoluptas, mea delicia'*, tamen et eo ipso loco, qui est Poen. I, 2, 153, nostri libri omnes *deliciae* praebent (*Mea uoluptas, meae deliciae, mea uita, mea amoenitas*), neque usquam aliter Noster loquitur in blandiendo. Cf. Most. I, 1, 14; Pers. II, 2, 22; Pseud. I, 2, 47; 90; Stich. V, 5, 1. Contra recte se habere existimo Rud. II, 4, 13: *ludo et deliciae dabo*, ubi neque *delicia* blandientis est et poeta numerum singularem praecedenti uocabulo *ludo* accommodasse uidetur. Hic ipse Rudentis uersus Gellio in memoria fuisse et grammaticum non res sed exempli memoria uidetur fefellisse.

30. *Nam* e proximo uersu adsciui. — *stultum* Strabacem nominasse putanda est Phronesium, priusquam domo prodierit.

31. Fortasse *Quomque es bella.* — *malo tuo*, cf. Asin. II, 4, 65; Cas. II, 8, 53; IV, 4, 6 al.

32. *quod gaudeam*, cf. Cist. II, 3, 3; Merc. V, 2, 45; Stich. II, 2, 69. — Rustici est, quod iterum iterumque Strabax clamat, se in urbe *gaudere* uelle, quod uocabulum, ubi ad amores refertur, hauscio an iam Romanorum uulgaris loquendi consuetudo in obscoenam partem traxerit ut nunc Hispanorum *goder* uerbum turpe est.

34. *odio*, ira. Simillima sunt Cas. I, 1, 24: *hercle me suspendio satiust mortuom;* Amph. IV, 1, 9: *nam me mortuom satiust.*

Nísi si mea manu *hác* machaera [*téte*] et hunc uis émori.
Phr. *Phílippiari* sátiust, miles, sí te amari póstulas.
Aúro hau ferro déterrere pót*is es*, ne amet, Strátophanes.
Strat. Quí, malum, bella aút faceta's, quaé ames hominem istí modi?
Phr. Vénitne in mentem tíbi, quod uerbum in cáuea dixit hístrio:
'Omnes homines ád suom quaestum cállent *nec* fastídiunt?
Strat. Húncine hominem te ámplexari tam hórridum ac tam squálidum!

35. si *Speng.*; site *BCD* — hac machaera *Speng.*; ui in macera *BD*, ui macera *C* — tete et *Speng.*; et *BCD* — emori *Acid.*; mori *BCD.* — 36. Philippiari *Speng.*; Nihilipphiari *B*, Nihili ph[l]ari (ri *syll. man. sec.*) *C*, Nihiliphiari *D* — satius ē *B*, satius est *CD.* — 37. haad ferro *Z*, au fero *B*, aufero *CD* — deterere *B* — potis es *Speng.* (*duce Both. qui* potis est); potest *BCD* — neà & *B*, neam et *CD* — strato panes *BC*, st[r]atopanes (phanes *Dc*) *Da.* — 38. *Pers. spat. CD* — faceta es quae *Cam.*; eaci &a estq; *B*, eaticta est que *CD* — hominem istimodi *Z*, homini isti modi *BCD nisi quod* istimodi *D.* — 39. *Pers. spat. CD* — dixi istrio *B*, dixi histrio *CD.* — 40. Oñs *B* — suum *BCD* — questū *B* — calent *BCD* — nec *Both*; & *BD*, et *C.* — 41. Hvnccine *C* — amplexari tam horridum ac tam squalidum *Speng. Stud.* (amplexari *ium Sarac.*), amplexarestam horri actasq; alidū *B*, amplexarest am horridum atque squalidum *CD nisi quod* hor[i]dum *et* squalidvum *C.* —

35. *emori*, cf. sup. II, 7, 63; Cas. II, 5, 26 al.

36. *Philippiari*, etsi noue finxi, tamen uix dubitari potest, quin in librorem uestigiis lateat. Non machaera, inquit, tibi opus est ad pugnam sed Philippis. Ceterum ut *Philippi* mediam semper corripit uel duarum syllabarum est, ita Philippi regis nomen non corripitur Aul. I, 2, 8; IV, 8, 4. Contra artem peccat *Phĭlippos*, quod Poen. III, 5, 36 plerasque editiones occupauit.

37. *né amet*, scil. me. — *potis es*, Capt. V, 2, 17; Curc. II, 2, 19; Poen. I, 2, 18 al.

38. *malum*, interiectio, Amph. II, 2, 79: *Qui, malum, intellegere quisquam potis est?*; Cas. II, 3, 44: *Qui, malum, dare lubet?* Aul. III, 2, 15 al.

38. *istimodi* non caret suspicione, cum alibi *istiusmodi* inueniatur Epid. I, 2, 16; Most. III, 2, 59; Merc. I, 33; Rud. II, 2, 15, nisi hoc Truculenti uersu pristinam formam seruatam esse et *istiusmodi* librariis deberi censeas.

39. Cf. ad II, 4, 62.

Phr. Quámquam hic squalet, quámquam hic horr*et*, scítus [*et*] bellú*st* mihi.
Strat. Dédine ego aurum?
Phr. Míhi dedisti fílio cibária.
Strab. Núnc si tecum hanc ésse speras, ália opust aurí mina.
Strat. [*In*] malam rem is magnám magno opere: sérua tibi uiáticum.
Quíd isti debes?
Phr. Tría.
Strat. Quae tria nam?
Phr. Vnguénta, noctem, sáuium.
Strat. Pár pari respóndet. uerum núnc[*iam*] saltém, si amas,

42. squalet *Speng.;* quali est *B*, qualis est *C*, qualis ē *D* — quamquam *Z*, quā *BD*, quam *C* — horret *Speng.;* horridus *BCD* — scitus bellus est mihi *Lips.* (et bellust *Speng.*); citus bellum hi *BCD nisi quod* bellū *B*. — 43. Dedin *Cam.;* Dediu *B*, Dedi *CD* — dedisti *Da*, dedixisti *BCDb* — — cibaria *Z*, cibariā *B*, cibariam *CD*. — 44. tecum hanc *Speng.;* hanc tecum *BCD* (sihanc *C*) — opust *B*, opus est *CD*. — 45. In malam *Acid.;* Malā *B*, Malam *CD* — remis *B* — magnam *Speng.;* et magna *BCD* — seruat ibi *B*, seruatıb: (*sic*) *Ca*, seruatib; *Cb*, seruatib *D* — uiaticum *Z*, aticū *B*, atticum *CD*. — 46. debes *Goell.;* debe isi (isitriaq;) *B*, debet nisi *CD* — *Pers. spat. CD* — q; trianā *B*, quę tria nam *cum pers. spat. post* tria *CD* — noctem *Cam.;* nocte *B*, noctes *CD*. — 47. *Pers. spat. CD* — nunc iam *Speng.;* nunc *BCD*. —

42. *horret*, Cist. II, 3, 9; *squalet*, Pers. IV, 8, 2. — *scitus*, elegans et pulcher, Most. I, 3, 104: *scita's tu quidem;* Asin. IV, 1, 57: *scitum syngraphum;* Merc. IV, 4, 17: *scitam hercle concubinam*, al.

43. *dedine*, nonne dedi? cf. ad V, 1. — Interpungebatur: *Mihi? dedisti filio cibaria.*

44. Goellerus: *hanc esse tecum.*

45. *malam* monosyllabum, nisi forte praestat: *Málam in rem is et magnám*, uel *In malam is magnum.* Seruato *et* in promptu est: *In malam rem i et magn. m.* — Hoc uult: Prospice uiaticum in malam rem iturus, ut hoc iter facere possis. Ceterum totum hunc uersum militi dedi, cum male dispesci soleat: *Strab. Magno opere serua tibi uiaticum.*

46. Sic personas distribui. In editionibus Strabacis et militis est hic uersus. Stratophanès postquam Strabacem uerbis deterrere conatus est (u. 45), Phronesium interrogat, num quid isti homini debeat, qui ex ipsius domo egressus tam confidenter amores postulet. Et respondet illa, sane se ei amorem debere et pollicitam esse.

47. Haec secum miles. Non stulta, inquit, Phronesium est, sed par

Dá tu mihi de tuís deliciis, quícquid [*est*], pausíllulum.
Phr. Quíd id amabost quód dem: dice.
Strat. *Quícquid tibi superát, feram.*
Phr. *Cápe tibi hinc sis sáuium.*
Strab. *Abi tu,* cónsulta *animo* istúc mi homo:
Cáue faxit uolnús tibi iam, quoí sunt dentis férrei.
Strat. Vólgo ad se omnis íntromittit: ábstine istac tú manum.
Strab. Iam hércle *cum* magnó [*malo*] tu uápula, uir strénuos.
Strat. Dédi ego huic aurum.
Strab. 'At ego argentum.
Strat. *'At ego pallam et púrpuram.*

48. Da tu *Z*, Dan tu *B*, dantu *C*, dan tu *D* — deliciis *Z*, delictis *BCD* (delictissum *C*) — quicquid est *Gepp.;* sū quicquid *B*, sum Quicquid *CD* — pusillulum *B*, pausillulum *C*, pauxillulum *D*. — 49. Quid id amabo est quod dem *Par.;* Quid ita alabo est quod idē *B*, quid ita ab auo est quod idem *CD nisi quod* abauo *D* — dice quicquid tibi superat feram *Speng.;* dictum super feri *B*, Dictum super fert *CD*. — 50. Cape tibi hinc sis sauium abi tu *Speng.;* Capas dicit auaui *B*, campas dicit ab aui *CD* — consulta animo *Speng.;* consultā *B*, consultam *CD* — mi *Scal.;* mibi *B*, Mihi *CD*. — 51. faxit *Lamb.;* faxis *BCD* — uomus *B*, vulnus *C*, uulnus *D* — cui *BCD* — dentis *B*, dentes *CD*. — 52. Volgo *B*, Vulgo *CD*. — 53. helcle *D* — cum magno malo *Both.;* iam magno *BCD* — tut *B* — strenuus *CD*, strenuis *B*. — 54. aurum *Z*, mirum *BCD* — at ego pallam et purpuram *Cam.;* eat apale puram *BCD nisi quod* purā *B*. —

pari lepide et argute mihi respondet. Cf. Merc. III, 4, 44: *Istac de re argutus es, ut par pari respondeas:* Pers. II, 2, 41: *Par pari respondes dicto.* — Tum miles ad Phronesium conuersus ut tandem ametur postulat. – *nunc iam* semper trium syllabarum est. — *saltém* eodem accentu et eodem uersus loco positum exstat ex Palat. scriptura Pseud. I, 3, 87. — *si amas,* scil. *me*, ut passim *amo* et *amabo* omisso *te.*

49. Pristinam lectionem me indagasse non contenderim.

50. Conformaui ad similitudinem u. II, 6, 44. — *abi tu*, militi dicit. — *mi homo* sub finem uersus etiam Pers. IV, 4, 68: *quor ego id mirer mi homo?*

51. *quoi sunt dentis ferrei*, se ipsum dicit. Dentes enim ferreos habet, quibus et militem morsu petere et uerberibus ipse resistere potest. Ita *dentilegus* uocatur qui uapulat Capt. IV, 2, 18 et *dentifragibulus* qui uerberat Bacch. IV, 2, 14; 23.

52. Iure meo, inquit miles, ad Phronesium introire possum, quia meretrix est quae corpus suum publicat.

53. *strenuos,* fortis, quia miles est. Cf. sup. II, 6, 12.

54. Vltimam non elidunt *aurum* et *argentum.*

Strab. 'At ego oues et lánam et alia múlta quae poscét dabo.
Méliust te minís certare mécum quam mináciis.
Phr. Lépidus ecastór mortalis ést Strabax. perge óbsecro.
Stúltus atque insánus damnis cértant, nos saluaé sumus.
Strat. 'Age prior *tu da* áliquid.
Strab. Immo tú prior perde ét peri.
Strat. 'Em tibi taléntum argenti: Phílipp*eum aes* est: téne tibi.
Phr. Tánto melior: nóster esto, séd de uostro uíuito.
Strat. 'Vbist quod tu das? sólue zonas. próuocator, quíd times?
Strab. Tú peregrinus', híc [*ego*] habito: núnc *meast, ergo* ámbula.

55. et lanam *Cam.;* &ia nã *B*, etia nam *C*, etia nã *D* — multaq; *B*, multa que *CD* — poscet *Z*, roscet *BCD* — dabo *CD*, dolum *B*. — 56. Meliust *Gepp.;* Melius *BCD* — minis *Cam.;* minister *BCD* — certarẽ *B* — minaciis *uel* minacus *B*. — 57. Strabax *Speng.;* strabax mi *BCD*. — 58. Stultus *CD*, Sultus *B* — damnis *Z*, dannis *BCD* — salue *BCD*. — 59. tu da *Speng.;* tirot *B*, tyranno *C*, tyro *D* — prior *CD*, prio *B*. — 60. Em *B*, Hem *CD* — talentum *Z*, tale actũ *B*, tale actum *CD* — Philippeum aes est *Speng.;* philipphices est *B*, philippi ces est *C*, philipices est *D*. — 61. *Post* Tanto *parua litura in C* — de *Cam.;* & *B*, et *CD* — ũro *BD*, uestro *C*. — 62. *Pers. spat. CD* — Vbi est *B*, ubi est *CD* — zonas *Z*, xonas *BCD* — prouocator *Acid.;* prouocatur *BCD* — quit *B*. — 63. peregrinus *BD*, peregrinvs *C* — ego habito *Both.;* habito *B*, Habito *CD* — nunc meast ergo ambula *Speng.;* nunc meos nego ambulo *BCD nisi quod* nonego *C et* non ego *D pro* nego. —

56. *minaciis* propter uerborum lusum dixit poeta. Alibi enim *minarum* uocabulo utitur, Rud. III, 5, 16; Capt. IV, 2, 22.

57. Priora uerba Phronesium secum loquitur, tum ipsum Strabacem adloquitur. Vulgabatur auctore Bothio: *Lepidus' ecastor mortalis, mi Strabax · perge obsecro.*

58. *Stultus*, Strabax (cf. u. 30), *insanus*, miles.

60. *Philippeum aes est.* Cum hac mea coniectura fere consentit Brixius qui *Philippicum aes est* coniiciebat. At *Philippicus* adiectiui forma est Plauto non usitata, qui quidem semper aut *Philippus* aut *Philippeus* habeat. Ceterum *aes* etiam de aureis nummis dicitur, qua de re uide Vlpian. l. 159 de V. S.

61. *Tanto melior.* Donat. ad Ter. Ad. IV, 1, 12: *Sic hoc* (*tanto nequior*) *dictum est ut e contrario dicimus: 'tanto melior'.* Cf. Bacch. II, 2, 33; Pers. II, 5, 25; Stich. V, 5, 8; Men. II, 3, 79; Asin. II, 3, 127. — *noster esto*, pro familiari a nobis accipieris, cf. sup. I, 2, 104.

63. *ergo ambula*, ergo apage. Asin. II, 4, 81: *ita facito: age ambula ergo;* I, 1, 95 al.

Pécua ad hanc collo ín crumina ego óbligata défero.
Víde, licet. ut déstrinxi hominem!
Strat. 'Immo ego uero, quí dedi.
Phr. I íntro amabo et tu *hércle uero* mécum: tu eris mecúm quidem.
Strat. Quíd tu, quid ais, cum hócine? [*immo mécum, nam*] ego *priór* dedi.
Phr. Tú dedisti, [*hic*] iám daturust: ístuc habeo, hoc éxpeto.
Vérum utrique mós geratur ámborum ex senténtia.
Strat. Fíat: ut rem gnátam uideo, hoc áccipiundumst quód datur.
Strab. Meúm quidem te léctum certe óccupare nón sinam.
Phr. Lépide ecastor aúcupaui atque éx mea senténtia:

64. pecua] pecunia *D ante ras.* — collo in crumina ego *Prisc. p.* 270 *H.;* ego in crumina *B*, ego in Crumina *CD*. — 65. Vide licet *Speng.;* Quid dedi *B*, quid dedi *CD* — ut distrinxi (*sic*) *Cam.;* ut dixtinxi *B*, utdistinxi *C*, ut distincxi *D*. — 66. I intro *Z*, In intro *B*, inintro *C*, in intro *D* — hercle uero mecum *Speng.;* uergo a mecū *B*, uergo ame Cum *CD* — mecu quidē *B*. — 67. quit ais *B* — cum hocine immo mecum nam ego *Speng.;* cum hoc in ego *B*, cum hoc inego *C*, cum hoc ine go *D* — prior *Speng.;* posterior *B*, Posterior *CD*. — 68. hic iam *Lamb*; iam *BCD* — daturus est *BCD*. — 70. hoccipiundumst *B*, hoc accipiundum st *C*, hoc accipiumdumst *D* — quod datur *Z*, quodatur *B*, quo datur *CD*. — 71. ocupare *C* — sinam *Z*, sinem *BCD*. — 72. ecastor aucupaui atque *Non. p.* 467; mecastor aucupabatque *B*, me castor aucupabat que *CD nisi quod* q *D*. —

64. *pecua*, pecuniam pro pecoribus acceptam, cf. sup. III, 1, 10.

65. *destrinxi* metaphorice dictum ut *decipere*, *detondere*, etsi alibi non inuenitur hoc sensu. — *immo ego uero* te destrinxi, quia tu pecuniam in crumina habes, ego iam Phronesio dedi.

66. *I intro* militi dicit, *tu uero* Strabaci. — *mecum* scil. i, quod cum dicat Phronesium, manum dat Strabaci cum eo abitura. — *eris mecum*, meo amore frueris, ut Bacch. V, 2, 59.

67. Totum uersum militi dedi. Editiones aliae priorem aliae posteriorem partem Strabaci tribuunt. — *cum hocine* scil. eris?

69. *geratur*, exspectes *geretur*.

70. *rem gnatam*, cf. Cas. II, 5, 35 al.

71. Hiatus in caesura uersus. Sed non male Geppertus *ego* interponit.

72. Cum aucupio quaestus lenonius comparatur Asin. I, 3, 63 sq. — *aucupaui*. De genere actiuo, cf. Non. l.l. Semper actiuo utitur Noster (Men. IV, 1, 12; Mil. IV, 2, 5; Most. II, 2, 42; Asin. V, 2, 31) et perperam legitur Rud. IV, 4, 49: *Víden scele-*

Meámque ut rem *habeó bene* gestam, uóstram rursum béne geram.
'*Intro abeo:* si quíd animatus' fácere, facias út sciam.
Véneris causa plaúdite, eius haec ín tutelast fábula.
[Spéctatores béne ualete, plaúdite atque exsúrgite.]

73. Meäque *B*, Aeque *CD* — ut rem habeo bene gestam *Speng.:* ut rẽ debere negestã *B*, vtrem debere ne gestam *CD nisi quod* ut rem *D* — ũram *BCD* — rursu *B*, rursum *CD* — geram *C*, gera *BD*. — 74. Intro abeo *Speng.;* Romabo *BCD* — animatus' *Speng.;* animatust *BCD* — facere facias *Speng;* faciare faciam *B*, facere faciam *C*, :faciam: facere (*sic*) *D*. — 75. Veneri *B* — plaudite *Speng.:* adplaudite *BD*, adpladite *C* — eius *CD*, heius *B* — hec *B* — intutela st *C*. — 76. *Deleuit Gepp.* — exurgite *BCD* — PLAVTI TRVCVLENTVS EXPLICIT INCIPIT VIDVLARIA VIDVLARIA *B*, PLAVTI TRVCVLENTVS EXPLICIT *CD*.

stus ut aúcupatur. sine me ut occoepi loqui, ubi etiam alias ob causas haud dubie *ut naugatur* (nugatur) reponendum.

73. *ut habeo*, postquam habeo. Sententia haec est: Postquam uos mihi largiendo bonam operam dedistis, ego quoque inter epulas atque amores uobis satisfaciam. — *rém habeo* cum hiatu.

74. *Intro abeo.* Gepp.: *Remeabo* de quo conf. Epid. V, 1, 55. — *si quid animatus' facere*, si meo corpore frui uis (cf. Bacch. I, 1, 23), simulatque postulaueris, tibi concedam. Strabaci haec dicit, ut cui priori amorem promiserit. — *animatus'*, cf. Asin. III, 1, 2. — *facias ut sciam*, cf. Stich. I, 2, 91; Trin. I, 2, 137.

75. *plaudite.* Sic scribendum erat neque Plautinum est *adplaudere*. Male enim legitur Men. V, 9, 110: *et nobis clare applaudite*, ubi cod. B scriptura: *et nobis clare dare plaudite* (h. e. *et nobis clare clare plaudite*) *plaudite* reponendum esse docemur. Bacch. V, 2, 93 iam Hermannus correxit, itemque corrige Pseud. V, 2, 33.

76. Aut histrio aut librarius hunc uersum addidit, qui *spectatorum* uocabulum desiderabat. De *A* uide praefationem.

Corrigenda.

Huius libri folium tertium priusquam satis correctum esset me uetante prelo subiectum est, cuius rei non poenituit redemptorem. Lege igitur:

p. 33 in apparatu crit. ad u. 92 *diniarche ABC* pro *diniarche BC, dinarhe A.*
p. 35 in contextu u. 4 *aput nos* pro *aput uos.*
„ „ in not. ad u. 1 lin. 9 *ha* pro *hahe.*
„ „ „ „ „ „ „ „ 14 *ha ha hé* pro *hahaé.*
p. 36 in app. crit. ad u. 10 *Eum CD* pro *Eum BC.*
„ „ in not. ad u. 11 *uerbo composito* pro *uerbo composita.*
p. 39 „ „ „ „ 24 *Iuppitĕr* pro *Iuppitér.*
„ „ „ „ „ „ „ *Mus. Rh. n.* 1867 *p.* 111 *et* 424 pro *Mus. Rh. n.*
p. 40 in cont. u. 37 *eúm* pro *eum.*
p. 43 „ „ „ 11 *me trúncum* pro *mé truncum.*
„ „ in app. crit. ad u. 12 *q;ras* pro *q; ras.*
p. 44 „ „ „ „ „ 17 *c·epis* uel *c(?)epis* pro *c? epis.*
p. 45 in cont. u. 23 *Cúmque* pro *Cumque.*
p. 47 „ „ u. 44 *uideáris* pro *uidearis.*
p. 48 „ „ u. 46 *perdidére* pro *perdidere.*
p. 83 in app. crit. ad u. 28 *acaque ecastor B* pro *acaque ecastor C.*
p. 96 in not. ad u. 1 interciderunt uerba: *conf. Don. ad Adelph. V*, 9, 29.